

(1)

CODEX NASARÆUS,
LIBER ADAMI APPELLATUS,
SYRIACE TRANSSCRIPTUS,
LOCO VOCALIUM,
UBI VICEM LITERARUM GUTTURALIUM PRÆSTITERINT,
HIS SUBSTITUTIS,
LATINEQUE REDDITUS,

A

MATTH. NORBERG,

S. S. THEOL. DOCT. LING. ORIENT. ET GRÆC. LING. PROFESSORE,
CANCELLARIE REGIE CONSILIARIO,
CUM INSIGNI EQUESTRI ORDINIS REGIE
DE STELLA POLARI.



TOM. III.

LONDINI GOTHORUM MDCCXVI.

LITERIS BERLINGIANIS.

CODEX NASARÆUS,
LIBER ADAMI APPELLATUS,
SYRIACE TRANSSCRIPTUS,
LOCO VOCALIUM,
UBI VICEM LITERARUM GUTTURALIUM PRÆSTITERINT,
HIS SUBSTITUTIS,

TOM. III.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Abiturum
 me eleætum, purum, Vita Prima pro sua intelligentia voca-
 vit, Vita me vocavit pro sua intelligentia, requiem suam meo
 animo indidit, me admonens splendore vestivit, & allata luce
 præclara me texit, suoque accinctu instruxit, dicens: i,
 Vitam Secundam corrobora, institue, ut cor ejus luceat,
 confirma, ut animus ejus luceat, ipsique patefac arcana quieta,
 arcanis turbidis vetustiora, explicat dulcedinem, cui amaritudo
 non inest, expone eam filiis familiæ Vitæ, quæ filiis habitacu-
 li perituri major natu est; explicat Jordanum D. Vitæ, unde in-
 nocentiam accepit, patefac coronam magnam, quam capiti Geni-
 orum Vita imposuit, expone eam filiis familiæ Vitæ Primiæ, qui
 constantes sui, eamque magnopere venerantes. Procubui venera-
 bundus, & iter ingressus, usque ad domum Vitæ Juschamin
 perveni. Qui vero Juschamin, me viso, throno suo desiliiit, &
 consistens cum me Aebel Zivo sermonem injecit, dicens:
 veritas tu potentium abiisti, venisti in mundum, abiisti, in
 mundum venisti, portam mundo aperuisti, portam aperuisti
 mundo, viam fidelibus parasti, dominus es Thesauriorum,
 quos tua claritudo inhabitat, admonuisti Vitam Juschamin, ut
 tor ejus luceret, eam confirmasti, ut suo animo luceret, ipsi-
 que patefecisti arcana quieta, arcanis turbidis vetustiora, expo-
 suisti dulcedinem, cui amaritudo non inest, explicuisti opera
 omnia Vitæ, omnium excellentissimæ & novissimæ. Quibus
 dictis, amplectens ego, dextra extensa, hunc Juschamin. eum
 que interrogans, & de creaturis lucis sciscitans, dixi: tibi con-
 cessi potestatem magnæ vocis Vitæ, ex qua innocentiam acce-

pisti, concessi tibi potestatem patefactionis, veritatis, & primæ originis, quæ omnis generationis principium fuit: Prima creatione quis ille vir qui exstinctus, quis ille qui exstinctus vir, & quis ille, per quem exstinctus, quicquid vitiosum & mendosum sit? Quibus auditis, Juschamin, corde suo de fulcro dejecto, respondit: prima creatione non exstinctus, quod vitiosum & mendosum sit, neque secunda creatione exstinctus, quod omne malum sit, & tertia creatione commodatus fuit splendor, qui omnibus Geniis superest; quarta autem creatione ego³ Juschamin exsticti, ego Juschamin, cuius ope, quod vitiosum & mendosum sit, exstinctus. Mecum tunc loquebar: jam quem sermonem cum Juschamin confiram? ne dicat: jam Aebel Zivo magnificientiam uili sustulit. Itaque ei dixi: pater tuus plurimam splendoris, sceptra omnia collustrantibus, tibi disposuit. Sedens tu quamlibet bonam familiam illustres: accedens tu etiam nos tuo splendore eximio tuaque luce infinita illustres. Ad te ex domo Vitæ Primæ, summae veni. Iter posthac intendi, donec usque ad dominum Vitæ Abatur pervenirem. Abatur vero, me viso, desiliens de throno suo surrexit, desiliens surrexit de suo throno, atque tecum Aebel Zivo hunc sermonem habuit: heu! qui ad me non veniret, ille ad me venit. Tibi, Aebel Zivo, summa Vita benedixit. Aeones Semiri te confirmarunt. Colloquens deinde ego cum Abatur Genio, et rogans, ut in suo throno quiete sederet, dixi: veritas medicina est tua bona, sermonis quem contuleris curam habe. Profectus ego posthac ad Fetahil perreni. Qui Fetahil item, me viso, desiliens de suo throno surrexit, desiliens surrexit de suo throno, atque tecum Aebel Zivo hunc sermonem habuit: te, germanum in æthere

adultum, quis vocavit & amandavit? Respondi: me Vita summa hoc vocavit, me Eminentissimi confirmarunt. Quem quoque Fetahil Genium interrogavi: cur non assignata fuit domui Vitæ summæ tua precatio, nec lucens in loco lucis tua imago? cur tibi Vita summa non benedixit, aut thesaurum non tollendum dedit? Respondit: quid surgam, me summitem, Vitamque summam celebrem? quoniam bonitas mea ipsi non accepta est. Quo dicto, Fetahil sibi lamentans & flens, lamentans & flens sibi sedet, diploma ad Septem Stellares scripsit: congregatis Fascinatibus, coactaque Cohorte lapsa, Cohorte lapsa coacta, eaque diligenter observatura, quo discordia injiceret. At Aebel Zivo, hæc videns, consedit, & epistolam ad Abatur fixit. Sic & Abatur abiens, cum 400,000 myriadibus Geniorum, qui cum eo venerant, consedit, & Genius hic epistolam ad Juschamin, filium Regum, fixit. Sed Juschamin, filius Regum, cum, baculo aquæ vivæ sua manu prehenso, baculo illo prehenso sua manu, Fascinatores & Cacodæmones videret, magnum gladium, quo Fascinatores occiderentur, sumisit, & iter ingressus Juschamin, hic filius Regum, ad Aebel Zivo se contulit, dicens: da hoc, ut gladio hoc magno Genium Fetahil percutiam, hoc gladio de throno deturbem, & clava cædens, caput ejus diffindam, baculoque magno percutiens, ignem horum ardentem extinguiam. Dixit Aebel Zivo: quiesce, Juschamin, nate Regum: Vita summa bonitate acquiescit. Quod vero cum Vitâ Prima audivisset, cognita Genii Aebel Zivo stultitiâ, fixit epistolam, & Kuschto (Veritatem) ad domum lapsam misit. Qua opera & lesta, Fetahil sibi præstitam a Vita Prima benignitatem perspexit. Misit

فَلَا حَمْدُ لِلّٰهِ وَلَا شُكْرٌ لِلّٰهِ وَلَا اتْهٰدٌ لِلّٰهِ وَلَا دُخُولٌ
لِلّٰهِ وَلَا تَحْمِلُنَا بَعْدَ مَوْلٰهٖ مُحَمَّدًا وَلَا يَمْلِئُنَا حَمْدُهُ
أَنْ يُمْلِئَ لَنَا سُوءًا وَلَا يُمْلِئَنَا حَسَنًا فَلَا يَمْلِئُنَا حَمْدُهُ
أَنْ يُمْلِئَنَا شَرًّا وَلَا يُمْلِئَنَا حَسَنًا فَلَا يَمْلِئُنَا حَمْدُهُ
أَنْ يُمْلِئَنَا شَرًّا وَلَا يُمْلِئَنَا حَسَنًا فَلَا يَمْلِئُنَا حَمْدُهُ
أَنْ يُمْلِئَنَا شَرًّا وَلَا يُمْلِئَنَا حَسَنًا فَلَا يَمْلِئُنَا حَمْدُهُ
أَنْ يُمْلِئَنَا شَرًّا وَلَا يُمْلِئَنَا حَسَنًا فَلَا يَمْلِئُنَا حَمْدُهُ

*) Prætermissum 25.

hæc vocem adversus Fascinatores, Cohortemque lapsam dissipavit, dicens: caveto jam, Aebel Zivo, stultitiae tuæ hoc omne est. Surrexere tum Aebel Zivo, Abatur, Juschamin; Geniique omnes, qui consistentes cum Fetabil in ejus habitaculo sermonem hunc habuere: svavis est odor Aeonis, in quantum odor tuus svavis est, Aeon gravissime. Incunda est claritudo Vitæ summæ, atque Vitæ maximæ doctrina. Quibus Aebel Genius respondit: quam illustris splendor, ac nitens vestra facies, Genii, fratres mei, quam præstans vestra claritudo, ~~sem~~ locus, quem Domini tenent, vestraque gloria infinita? Memo-randa Vita, quæ pura: & purus vir, qui illuc abiit. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara Cum abiret Behiro (Electus), quem Vita ex alto vocaverat, certentes id sua mente Genii, qui sapientia Dominorum imbuti, suoque in habitaculo sedentes, thesaurum eximum custodiebant, dixerunt: surgite, eamus ad Nuntium Vitæ, de rebus, quæ velit, dicturi. Patefaciamus ei sermonem vivum, cuius gnari sunt Spectati beneficentia, atque de Aeonibus mitibus, de baptismo Vitæ, cuius ope conformati fuerunt, dicturi nos, per Regem lucis, qui Genii suum nomen non patefecit, eum adjuremus, per myrtum antiqui odoris, ex qua illi coronam texunt, adjuremus, dicentes: surge, eamus ad fornicem contemnum Vitæ Juschamin, ad opera, quæ vitiosa fecit, ipsique dissensionem, quæ ante pedes Magnatum mota fuit, patefaciamus. Quo dicto, voceque ad domum Magnatum ascidente, ex Jordano 550,000 Genii ad Nuntium Vitæ ierunt, ex terra candida, pura, 444,000 Genii ad Nuntium Vitæ ierunt, & ex inferiori parte throni, qui Regis Geniorum erat, 660,000 Genii

ad Nuntium Vitæ ierunt, interrogantes: te cur Rex lucis vocavit, regemque in æthero constituit? Non petis domum ~~ra~~ Juschamin, nec ejus opera a capite ad calcem adornas. Tamen ille Juschamin sciat, vim Vitæ meliorem esse vi peritura, Genium lucis meliorem filiis apostatae Buro, candorem Vitæ meliorem candore Malorum perditorum. Sumsisti jam hopestatem, & ante pedes Magnatum misisti: sumsisti Aeones mites, & in corpora caduca effudisti: sumsisti odorifera, & in fabricam caducam effudisti, & quidem cumulatim, scilicet myrtum acervatim misisti, qua, quod vitiosum & mendosum est, fecisti: sesamum altum misisti, quo, omne quod malum est, fecisti: oculum vaccæ misisti, quo omne, quod malum est, fecisti: narcissum, myrtum, & amaracum, quæ res ex terra Tarvan pura proveniunt, misisti, quibus rebus, narciso, myrto & amaraco scabiem effecisti: milium purum, cuius odor ex inferiori parte throni Regis Geniorum provenit, misisti, quo milio puro, quod vitiosum & mendosum est, fecisti: pojecisti odorifera omnis generis & speciei, projecisti edorifera in animas eorum, qui omne, quod malum est, faciunt: cepisti thesaurum Vitæ, & in terram perituram misisti: cepisti sermonem Vitæ, & in sermonem perditorum jecisti: cepisti margaritam puram, & viris dedisti, qui carne & sanguine sicuti, te sapientiae Dominorum, vocique ex alto missæ præfecerunt, te operibus lucis, & dictioni thesauri adornati præfecerunt. Jam, & ubi omnibus operibus, quibus quod vitiosum & mendosum factum est, te præfecerant, sumtam Vitæ vocem in vocem perituram misisti, sumtum Vitæ sermonem in sermonem perditorum misisti, fusam precationem in vocem perituram misisti, sumtam margaritam puram inter perditos misisti, sumsisti

vocem Vitæ, cui non imperitent perdit, cui perdit non imperitent, & quam femina menstruata non contingat. Quo audito, Nuntius Vitæ desiliens de throno surrexit, desiliens surrexit de throno, vocemque ad Aebel Zivo mittens, dixit: desili tuo throno, vocemque ad Juschamin profer, dicens: sume margaritam puram, eamque ascendens dispone, ita vero, ut ne Speciei beneficentia intelligent, vim fabricæ mundanæ sic sublatam esse, sed potent, illius imperium ipsis futurum, nec fore, ut familia Vitæ ex mundo abscindatur. Dic ei: cui usui corpus sine anima? quod simile vasi, cui nitor deest. Cui usui vites latæ, quarum odor svavis non est? A Rego summo lucis vox hæc jam ad Nuntium Vitæ missa: cur voluit Juschamin scire, vocem Vitæ sic sublatam fuisse? cur voluit Aebel Zivo scire, thesaurum Vitæ sic sublatum fuisse. Quo audito, Nuntius Vitæ desiliens de throno surrexit, desiliens surrexit de throno, & indutis 6i vestibus splendoris, lucis, & gloriæ, & instructus sapientia Dominorum, thesænro Vitæ, quem Patres ei dederant, instructus hac Dominorum sapientia, ad Juschamin se contulit, & super fornice domus suæ consistens, splendore ejus dimidium texit, splendore texit ejus dimidium. Quo autem facto, strepitus in fabrica ista commotus fuit, strepitus commotus fuit in ista fabrica, Septem Stellares in faciem procubuere, terra vehementer concussa fuit, firmamentum ut storea convolutum, & fluitans huc, illuc infra thronum Abaturi Aqua nigra, splendore Nuntii Vitæ conspecto, in faciem prostrata cecidit. Septem Stellares jam Fetabil Genium ita allocuti sunt: quid fabricam mundi custodiamus? cujuſ pars dimidia nubis sublata est. Quibus Fetabil Genius respondit:

*). Prætermissum [بَعْدَ].

quis medianam ejus partem vobis sustulit? Splendorem ego non
 vidi, neque illam speciem, mundo præstantem & excellentem,
 perspexi. Quo dicto, prostratus hic in faciem cecidit, ite-
 ram dicens: ego in vinculis sedeo. Juschamin fabricæ mun-
 danæ custodem constitutatis, eumque operibus, quibus quod
 vitiosum & mendosum effeci, præficiatis. Abatur evasit bilanx,
 ex fæcibus pulchritudinem producturus. Quæ cum Fetahil
 dixisset, Juschamin de throno surrexit, surrexit Juschamin de
 throno, & ei vincula Fetahili injectit. Irascens vero suis in
 vinculis Fetahili, patremque suum Abatur invocans, dixit: quid
 a me petit Juschamin? quia mihi vincula injectit. Tristitia
 in mundo Nuntius Vitæ reliquit. Quid a me petitis? Me præ-
 cipitastis de meo throno, de meo throno me præcipitastis, me-
 unque cor de suo fulcro dejecistis. Quo dicto, illius vox in
 domum Magnatum ascendit. Qui tunc Magnates de suis thro-
 nis surgentes, Nuntio Vitæ dixerunt: cur tuo splendore in mun-
 do te magnificum præbuisti? qui, tristitia ibi relicta, inter
 Genios tumultum immisisti. Jam vero, ut magnifice sic egisti,
 Juschamin Genium, dextrâ tua suæ dextræ immissa, adjur
 per coronam Magnatum, adjura per unicum nomen Regis lucis,
 adjura per te ipsum, adjura etiam Aebel Zivo, i, descendere in
 locum caliginis, atque opera, quæ hujus mundi dissipasti, re-
 staura. Dicas illi: ne fiat, ut noscat Sol, cuius splendor divi-
 sus tam late imperat, ne fiat, ut noscat Luna, cuius nitor
 suo charactere adeo distinctus est, ne fiat, ut noscat Fetahil,
 animam sic lapsam, sic lapsam animam in corpore fuisse, in
 eoque sanguinem ita sonare. Dicas: fac, Juschamin Bar Gu-
 zo, ut Fetahil audiat, sustine fulcro suum cor, solve ejus

vincula, ut ne sit in suo corde, quod vitiosum & mendosum
 fuerit. Quibus auditis, Juschamin Vitam summam adorans
 celebravit, Vitamque summam ubi celebraverat, abiit, & cum
 Fetahil, solutis ejus vinculis, ita collocutus est: bonus tibi
 creditit. Tuum splendorē vidi. Nec tui p̄ea omnes dies,
 ne unam quidem horam, oblisceamur, aut ex animo nostro to-
 missum faciemus, neque cor nostrum remorabimur, aut animæ
 tuæ in mundo claudentur. Fetahil tum hæc audiens, suumque
 cor fulcro sustinens, voce pura hunc Juschamin allocutus est:
 quatenus tristitiam in hunc mundum Nuntius Vitæ immisit,
 quid a me petis? Vincula mihi injecisti. His auditis, Nuntius
 Vitæ, dissensionem inter Fetahil & Juschamin extitisse, cognovit.
 Qui itaque Genium Aebel Zivo vocatum & instructum
 ad generationes misit, dicens: fac diligenter, ut Juschamin aū-
 diat, neque ac cor Fetabilis fulcro sustenta. Profectus tum ego
 Aebel Zivo ad domum Genii Juschamin perveni, & sub
 meum ad ejus dominum adventum dixi: cur non præceptum
 Dominorum percepisti, & vincula Fetabilis non missa fecisti?
 Quo audito, Juschamin cognovit, me arcanum, quod in voto
 fuerat, ipsi patefuisse. Profectus posthac ego ad domum Fe-
 tahilis perveni. Qui autem, me viso, desiliens de throno sur-
 rexit, desiliens surrexit de throno, & me Aebel Zivo ita allo-
 cutus est: venit, venit splendor, eoque in fabrica mundi
 orto, fabrica hæc tota magnopere luxit, & quidem in quovis
 suo angulo luxit. Quomodo etiam Nasaræi, voce Vitæ audita,
 magnopere gavisi sunt, dicentes: quam jucunda vox Vitæ, que
 progressa, & ex loco lucis pronuntiata nobis fuit! Que cum
 ego Aebel Zivo audiisset, ipsi, quomodo Acones eximit

apprecari solent, fausta quævis appreçans, dixi; quiesce, sile, tūum arcanum in hoc mundo àperui, jam tuum nomen in tua sede custodi. Dux explicat de thesauro eleganti. Perorans quoque explicat dicam de omni re, explicat dicam de Spectatis beneficentia viris, carne & sanguine fictis, explicat dicam de omni re, explicat dicturus Discipulis, qui verbi Vitæ memores fuerint, his verbis: ingravescente adversus vos malitia, & indignatione mota, probrisque jactis, ecce Aeonem vos de throno præcipitem dejicitis, ecce Genio Fetahil maledicetis. Cui etiam, cum portionem a Vita peteret, eam hæc ipsi non dedit, atque nullâ fabricæ mundanæ portione ei tributa, nec ipsum rei cuidam præfecit. Qui autem Genio Fetahil male dixerit, oppressio magna ei imminet: & qui eum throto deturbaverit, judicium de eo dicetur. Cohibui posthæc obser-vans illius operæ, neque, quod vitiosum & mendosum sit, per ea fieri permisi. Stabilitate suo fulcro cor Fetahilis, ne ipsi, quod vitiosum & mendosum sit, in mentem veniat. Profectus ego deinceps ad domum Abaturi perveni. Qui, meo splendore viso, desiliens de throno surrexit, desiliens surrexit de throno, & me Aebel Zivo allocutus est: unde vox hæc Vitæ svavis & grata es? quæ Genii lucis loquuntur. Profectus ego ad domum Juschaminis perveni. Qui, meo splendore viso, desiliens de throno surrexit, desiliens surrexit de throno, prudens ille sapientiae Dominorum & doctrinæ Vitæ, quam hæc ei dederat. Sumsi tum odorifera, & aquæ Jordani immiscui. Meum vero in conspectum ille venit, & ex iis, quæ sumseram, odoriferis coronam mihi sempiternam composuit, me Aebel Zivo ita alle-quens: te, german in æthere natum, quis provocavit &

confirmavit? Respondi: provocavit me Vita summa, heic me Spectati beneficentia confirmarunt, ad dextram Nuntii Vitæ thronum apud Juschamin mihi posuerunt, ideo quod, cui mundo Nuntius Vitæ splendorem discernens paraverat, in eo aquam Vitæ præstantem & infinitam, non vitiosam & mendo-sam, aut mendis vitiisque obnoxiam, paravi. Et, instituto ul-terius a capite ad calcem colloqno, dixi: precibus a Vita summa peto, peto a te, Vita maxima, precibus a Vita summa pe-to, ut mihi gloriam vestram disponatis. Proponatis Dominis, ut cor Juschaminis suo fulcro sustineam, ne ille dicat: ma-gnificentiam mihi Aebel Zivo sustulit. Quo auditio, Vita summa plurimum roboris mihi misit, dicens: i, &, sermone cum Juschamin diligenter habito, cor illius suo fulcro sustine; ne ille dicat: magnificentiam mihi Aebel Zivo sustulit. Audiens hæc a Vita, meo parente, & potestatem dicendi, quomodo fa-ctum esset, natus, voce mea pura cum Juschamin ita collo-cutus sum: montes splendoris tibi benedixerunt, colles lucis te stabilierunt, benedixit tibi terra lucis, tibique hospitium ele-gans constituit, qui Geniorum tuorum fratrum felicissimus, crea-turas lucis omnes apte dispones. Quo colloquio cum Ju-schamin habito, ad meum parentem me contuli. Sed, me abeunte, cum meum splendorem Nuntius Vitæ videret, vo-cem Genii, cui etiam a capite ad calcem illi responderunt, misit, dicens: advenit Aebel Genius, quomodo abit Schetel ad domum Discipulorum, sui amantium, qui, ardita Genii Anusch voce, Vitam maximam adorant, Vitamque suam in sempiternum celebrant. Suffreverunt vero hi Genii de suis thronis, me suo baptismo baptizarunt, suaque voce mira

صيغة صرف بعدها قافية مخصوصاً \rightarrow صيغة صرف بعدها قافية مخصوصاً

confirmarunt, accedente etiam ad me Schetel Genio, mihi que Aebel Zivo verba faciente: luceat tuum integrumentum, tuaqua forma apud tuum parentem, Dominum celsitudinis, magni fiat. Atque, contexta mihi corona pura, ab omni abominabili me servatura, me iidem in sua sede collocarunt. Nec minus, ut ipsi lux nostra a principio per vocem Vitæ fuerunt, meum nomen per locum lucis explicuerunt. Memoranda Vita, quæ pura: & purus vir, qui illuc abiit. Finis.

Altera illa confabulatio & commentatio: cum abiret Electus purus Vitæ, quem Vita ex alio advocaverat.

In nomine Vitæ summæ, Honoranda lux præclara. Ego, qui plantatus diligenter fui, in mundum venio. Mihi autem, quem Vita gravissima in gratiam mundi plantaverat, hæc dixit: surge, surge, bone, descende ad generationem mundi, contente illuc ad Filios pacis, a quibus quod vitiosum accidit, a quibus accidit quod vitiosum, & a quibus quod vitiosum & mendosum est accidit. & a quibus in mundo tumultus exstitit. Nuntius tum Vitæ Electis, quos ipse elegerat, dixit: date mihi malleum splendoris, ut fabricam mundi ejusque filios confringam, ut mendam quamvis deleam, justumque in locum lucis eveham. Quod cum Nuntius Vitæ diceret, vox sua per omnes creaturas descendit. Tum, qui Angeli fabricam mundi condiderant, flevere, incole, qui eam suis familiis impleverant, tremuere, manibusque complosuere; ejularunt vero & flerunt incole, ut mulieres. At surgens Spiritus Venereus abiit, rediit, ut puerpera; suique filii Angelli, compludentes manibus, evellentes crines, & illachrimantes eorum parenti, generationum

حلا نعم زينا ياتكم افتحكم حد تجدهمها كنبعها بمن
 للهذا الا فعنها وهم مفتقهون لكتابه ملهمون مني
 فنهننكم مه ملهمون انت بعدهم ما سمع فمسكك مه انت
 ملهمون نفعهم مه ملهمون فنهننكم ملهمون ملهمون
 شدنا نجاحكم ملهمون حملنا افتحكم. حملنا كحدكم فنبعها
 بمنها كهلا افتحكم ملهمون مه ملهمون فليا بمنها لاسق او
 فرسنا اندى او كهلا او بمنها او بمنها افتحهم ملهمون او
 ملهمون اندى فنبعها هفت ابدا ملهمون نعم لانفعهم
 كلهننا فنبعها دلهمون حملنا افتحكم حدنا كحدها
 كنبعها بمنها لاسق او بمنها افتحهم مه افتحهم ملهمون
 فنبعها بمنها لاسق مه فنهننكم ملهمون فنبعها
 فنبعها حلا بمنها ملهمون فنهننكم ملهمون فنهننكم
 فرسنا كرمكم ملهمون فنهننكم ملهمون فنهننكم
 فنهننكم ابدا ملهمون فنهننكم افتحهم مه فنهننكم
 فرسنا فعلا كرمكم فنهننكم افتحهم ملهمون فنهننكم
 فنهننكم افتحهم ملهمون فنهننكم فنهننكم فنهننكم
 افتحهم ملهمون او بمنها بمنها فنهننكم فعلا فرسنا
 فرسنا فصيحا فنهننكم ملهمون فنهننكم فنهننكم

ipso similium principi, male corruptici, quæ Vitam non videbat, dixerunt: tristitia & dolore laboras. Unde illum huc Vita misit? Unde nos, quos procreasti, ab initio parasti? Quibus autem Novissimus respondit: Vita ex sua ira me misit. Confringetur jam fabrica mundi, corruent ac decident ejus filii, & quod eis in hoc mundo, ærarium decretum fuit, ærarium dividetur. Suis vicissim filiis Spiritus peccatrix respondit: thesaurarii fabricæ caducæ a meo conspectu deleti & abducti sunt. Neque^z adventum Vitæ ii viderunt. Si præstigiatores estis, in cæde commoramini, si Dæmones estis, vos abscondite, ut ne videamini, si Angeli virium estis, arma sumite, neque Novissimo, obviam progresso, permittatis, ut in mundum se conferat. Spiritui peccatri, corruptici, cui Vita non visa fuerat, sui filii responderunt: quæ tua forma est, adversus illius splendorem, aut virtutem Viri Novissimi aliquid non valebit. Nobis robur certaminis cum eo serendi deest. Sedentes vero & ita mutuo disserentes Malo ubi audiere malleorum lucis sonum editum, percusso firmamento, firmamento cæsim hiante, firmamentoque quasi stillatim, & in modum pluviae per terræ fructifera effusa soluto; Spiritus, sumtis filiis, huc, illuc agitabatur, dicens: vos ab homicidis detrudam, expellam, in terram dejiciam. Splendor Nuntii Vitæ ibi solutus est. Jam in terra Malorum cum fragore tonuit. Spiritus, sumtis suis filiis, huc, illuc agitabatur, dicens: vos, mei filii, hic procul ab homicidis detrusos & expulsos in mare dejiciam. Splendor Nuntii Vitæ ibi solutus est. Vos jam Nuntius Vitæ occidet, & in mari Magno Erythrœ ac profundo perdet. Spiritus, sumtis filiis, huc & illuc agitabatur, dicens: vos, mei filii,

bic ab homicidis detrusos & expulsos dejiciam. Robur Nuntii Vitæ ibi solutum est. Sumisit Spiritus tum suos filios, eosque in hiatus firmamenti detrusit. At, sedentibus disserentibus que his Malis, volavit Vir novissimus & advenit, volavit & advenit Vir novissimus, cursor, quem Vita miserat. Tonuit iterum cum fragore in terra Malorum, & quicquid in ea erat, id ejectum ac effusum fuit. Cum vero, hiante in profundum firmamento, filii Spiritus in terram cadentes, filii Spiritus cadentes in terram, præcipites in manum illos perempturi maris corruerunt, neque Spiritus mendax suos servos filios inde tollere posset; Nuntius Vitæ, qui hos mendaces cognoverat, Malis his mendacibus, in mundo commorantibus, dixit: unde vos exstistitis; qui in hoc mundo commoramini? Cujus potentia plantati fuistis, qui generationes ac creatures deturpatis? Nuntio Vitæ, sceptorum omnium vigili. hi Mali responderunt: per vitam tuam, Muntie Vitæ, ignoramus, unde exstiterimus. Locus noster est locus caliginis, cui lux non inest, locus contumaciae, cui rectum non inest, locus noster locus perturbationis, cui concinnitas non inest, locus noster locus malorum, cui boni non insunt. Malis his mendacibus, in mundo commorantibus, tum Nuntius Vitæ dixit: relinquam Malos, qui omnes mendaces sunt, sed meam vestem non relinquam, non relinquam meam vestem, quam vos deinde accedentes inter vos conjiciatis. Tum illi, veste sua exuta & derelicta, in faciem suam prostrati ceciderunt, similes in imperatoribus, qui extenebris in luce non produnt, similes gregibus, qui crinibus ad genua promisis, crinibus promisis ad genua, ex deserto in oppidum non ascendunt, similes præfectis falsis, qui in-

sellis fallaciæ sedentes, sedentes in sellis fallaciæ, mundum
 suo semine privant, similes jejunis, quorum ori jejuniū in-
 jectum est. Quibus malis & mendacibus, in mundo commo-
 rantibus, idem dixit: ite, estote similes patri vestro, natu-
 maximo, pereonto, in tenebras projecto, peremto, projecto in
 tenebras, quem adgressus Veneficus vicerat. Ite, estote simi-
 les Regi caliginis, qui arma adversus Nuntium Vitæ sumsit,
 arma sumsit adversus Nuntium Vitæ, quem vero victum Nuntius
 Vitæ in tenebras conjectit. Ite, similes estote capiti gene-
 rationum, cui cetera cujusque generationis capita innitun-
 tur, ut terræ sella illius dorso subiecta est. Ite, similes estote
 Domino potenti, qui ex terra oriundus, se adversus cœlum
 instruxit, quem vero Filii pacis, Angeli donum non sumentes,
 occidione ferroque peremerunt, qui decepit omnes sui cultores,
 omnes sui cultores decepit, jejuniū immisit eorum ori, jeju-
 niū ori eorum immisit, qui eis, ne suum nomen ex medio
 eorum tolleretur, injunxit jejuniū septem dierum per
 menses, quo tempore & in principio belli ille occisus fuit, in-
 junxit jejuniū quatuordecim dierum, quo tempore regiam
 potestatem adeptus Nuntius Vitæ adversus eum prodiit, injun-
 xit jejuniū viginti & octo dierum, quo tempore cœsus eo-
 rum potens cecidit, injunxit jejuniū otii, quo spiritus ex ejus
 corpore exiit, injunxit jejuniū quindecim dierum, quo car-
 nem probri comedit. Nuntius Vitæ tandem prædicans dixit:
 voci mirandæ qui attendens fidemque habens, in suo thesauro
 & verbo perstiterit, in suo thesauro perstiterit & in suo verbo,
 ascendens ille locum lucis videbit. Qui mali vicissim coronati
 decubuerint, ii quantumvis in jejunio sedentes, locum lucis

۱۰۷- دادا پیشیدا دیگرها که همینجا بجزی محدود می‌باشد

*) Pratermissum ~~et~~.

non videbunt, verum jejni & jejunatrices ad incendia ignis delabentur. Vita pura. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Honorandæ lux præclara. Præco Vitæ prædicat, Præco Vitæ maximæ, præco Vitæ prædicat: quilibet sibi ipsi animum intendat. Beatus, qui se ipsum noscit, & qui cor suum sui architectum habet. Beati justi, qui ascendent, locum lucis visuri. Vœ ei, qui dans aliis consilia, sibi ipsi non dat. Vœ ei, qui facit, ut alii viam ineant, quam ipse non ingreditur; viam vero, quam non ingreditur ipse, qui perrexerit, is non pervertetur. Vœ ædificatori, qui non sibi ædem ædificat. Vœ oculorum hebetudini: cui miseri, mundum non videntes, non sufficiunt. Vœ ventri grandi, qui venter, quantumvis ederit, non impletur. Vœ duabus linguis, quæ duo judicia de una eademque re reddunt. Vœ magistris, qui docentes non discunt. Vœ stultis animi simplicis, qui vincti sua stultitia tenentur. Vœ sapienti, ex cujus sapientia nihil commodi percipitur. Vœ imperatoribus, quibus imperare permisum est, qui vero opera honesta non faciunt. Cadent hi in ignem ardente; quippe qui carbones suis manibns effigentes, suis labiis incendia suscitant. Vœ cordi pravo, male consulenti, consilenti male; quia consumendum consummatione mundi, consummatione mundi consumendum, haud locum lucis videbit. Beatus, qui bene facit; vœ ei, qui male facit. Beatus, qui bene facit; vœ ei pronuntiadum, qui male facit. Vœ ei, qui quod bonum ei suppetit, aliis non tribuit. Qui vero alius mercedem stipemve in suum usum vertit, illius opera, non permanens, peribunt, illius opera peribunt,

ללא עבד לא אמרתך נתקדש חסידתך מלחמתך נטעמך חסידתך
ולא עבד לא אמרתך נתקדש חסידתך מלחמתך נטעמך חסידתך
ולא עבד לא אמרתך נתקדש חסידתך מלחמתך נטעמך חסידתך

وَمُنْتَهِيَّةٍ بِالْمُنْتَهِيَّةِ وَمُنْتَهِيَّةٍ بِالْمُنْتَهِيَّةِ

non permansura, neque, cui insistat, via ei supererit. Faciant
vestræ manus justitiam, vestrumque cor in fide persistat. Vobis
hoc fiet commeatus, fiet commeatus itineris vestri: vobis hic
commeatus fiet. Ascendite, lacum lucis videte. Vita pura: &
purus Nuntius Vitæ, item qui nomen ejus amant. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. E
loco lucis exi, ex te, hospitium formosum, ex loco lucis exi:
Genius ex domo Vitæ me comitatus est: Genius, qui apud
me fuit, ex Vita summa fuit. Qui nucem aquæ Vitæ ma-
nu prehendit, prehendit: nux vero, quam manu prehenderat,
& quæ me comitabatur, ea tota semper frondosa: mihiq[ue] in-
de concione dedit, & precatione me implevit. Secunda vice
cum inde mihi daret, cor meum, quod doluit, voluptati se
dedit, cor meum voluptati se dedit, quod doluit. meaque ani-
ma, quæ alienata, se explicuit. Tertia vice cum inde mihi
daret, oculos mihi disposuit in meo capite, oculisque, quos
mihi disposuerat, vidi & sciscitatus sum meum patrem, vidi
meum patrem, meumque patrem sciscitans, interrogavi, pro-
positis tribus quæstionibus. Scilicet interrogavi de mansuetu-
dine, cui contumacia non inest, interrogavi de corde magno,
quod magna, parva perfert, interrogavi de viis stratis, quibus
conscendere ac videre locum lucis licet. Memoranda Vita pu-
ra: & purus vir, qui illuc contendit. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Honoranda lux præclara. Quis
veniat, quis mihi dicat, quis notum mihi faciat, quis mihi
explicet, quis veniat, & quis mihi dicat: in terra lucis quis

fuerit, quis fuerit in terra lucis, illo, quis major natu, quis prior, quis perfecte noscat Vitam, Vitam noscat? Me ita sciscitantem Vita plane cognovit, et dixit: in terra lucis Vita fuit, Vita fuit in terra lucis, ex Vita Aqua exstitit, ex Vita exstitit aqua, ex aqua splendor exstitit, ex splendore lux exstitit, ex luce Genii exstiterunt, ex luce exstiterunt Genii, qui stantes Vitam celebrant. Vir bonus, pro magno robore & splendore Vitæ, quem Vita mihi dederat, & pro commentatione sua & explicatione, qua pacificos ex animo fovet, vir ille bonus, qui huc ad me, accessit, ut mihi diceret, cur domus, in qua ego commorans, mihi contigisset, ut mihi diceret, quis eam, in qua Septem Stellares commorantes, condidisset, ut mihi diceret, unde hi exsistent, ita dixit: tibi, & cuiuscumque ex animo justo ac fideli explicare hoc dico: neque tu hinc exsististi, neque tua stirps ex mundo fuit. In qua domo commoraris, hanc domum Vita non condidit. Et, qui in ea commorantur, Septem Stellares, in terram lucis non ascendent. Cole tu & celebra locum, unde venisti, ut & celebra Spectatum beneficentia, qui verbum tuo ori accommodavit. Concionare, Septemque Stellares, quorum turpitudo creaturis immissa fuit, supplanta. Memoranda Vita pura: & purus vir, qui illuc abiit. Finis.

Custos sum terræ Tarvan puræ, filius Domini Nebat, sum filius Domini Nebat, cui ex duobus Montibus puris origo. Vestitus ego splendore puro, qui ex 360 Jordanis altissimis terræ lucis plantatus fui. Forma mea est forma Genii Javar Zivo, ex loco secreto plantati, quem Anono (Nubes) plan-

taverat: & hæc, quæ ex caligine non orta, non orta ex caligine
 fuit, nihil vitiosi & mendoſi, nihil detrimenti, a Vita Secunda
 illati, habet. Vita mē vocavit, stabilivit, instruxit, amanda-
 vit, mihi socios adjunxit, mihi scientia singulares Genios ap-
 posuit, me terræ Tarvan pure, aut omni, quo mecum ea col-
 loquatur, sermoni secreto præfecit, mihi Tarvan puram, ex
 terra Juschaminis natam, explicuit, mihi terram Ajar, ejusque
 Ajar pretiosæ Regem, a quo plantatus fui, explicuit, terram
 Ajar, terra Tarvan pura antiquiore, explicuit, mihi terram
 Domini Nesab, item gloriam magnificientiæ puræ, quæ planta-
 ta ex Jordano fuit, atque sedem, quam ille inhabitavit, Ge-
 niosque, cum veste formosa sedentes, explicuit, mihi arcana
 magna lucis, quæ sub throno Regis terræ Ajar versantur, ex-
 pliuit, atque me armatura, ne in me contumaces pécarent,
 accinxit. Veniens autem ego in mundum terræ Vitæ Secun-
 dæ, cui quod vitiosum & mendoſum debetur, voce Vitæ pro-
 nuntiata, plantavi Dominorum plantam, plantam Dominorum
 plantavi, electos discrevi, quos elegeram, singulos erudivi, &
 quod bonum explicans, eorum oculos illuminavi, locum, quem
 Domini tenent, eis explicavi, per radiantes homilias, concio-
 nesque secretas, precationem gratiarumque actionem, ad nos
 pertinentem, docui, de jure Vitæ disserui, eosque doctrinam Vitæ
 proposita, illuminavi scientia præstanti & infinita, illuminatisque
 hac scientia formam, ex loco secreto generatam, ostendi. Ad
 hæc Electi, nigro eorum animo jam hilari, & per præconem præ-
 dicantes hi Electi, quos adversus Superbos vanos firmavi,
 prædicantes inquam per præconem, cœtum sempiternum con-
 gregarunt, prædicantes per præconem, qui jacentes excitavit &

erexit, veritatem in fabrica mundi stabilierunt, & stabilitate
 hac in ista fabrica, latera sua mutuo præcingentes, præcingen-
 tes latera sua mutuo, suam in mundo stationem munierunt.
 Et, cum illi latera sua mutuo præcingentes, opera Septem
 Stellarium non fecerint, non fecerint opera Septem
 Stellarium, nec eorum forma deprimetur. Quos vero Spi-
 ritus videns, manu capiti injecta, manu injecta capiti, com-
 que in capite destructa, Spiritus impie filios suos primogenitos
 sic alloquebatur: venite, venite, mei filii primogeniti, & quod
 vobis dicam, audite. Nos, ego & vos, dira his imprecabimur,
 injiciemus adulteria, quæ libidinem ignemque in hoc mun-
 do relinquunt, quorumque ope walum ac incendium faciemus,
 custodias instituemus, parabimus armæ, quibus totum mun-
 dum Messias labefaciet, basi animarum sublata & particulatim
 distracta, tocabit ope præconis Discipulos, quibus tradet no-
 stram disciplinam nostram disciplinam tradet, nostra opera
 commendabit, libidinosas epulas in mundum introducat, vocem
 Vitæ detinens, mundo eam tollet, & prædicans, pro charactere
 Vitæ & baptismo, quo in Jórdano baptizatus quisque fuit, baptis-
 mum probri instituet. Messias hic vanus denegabit patefactionem
 veri, scaturiginem in sanctimoniam sui ritus per mundum in-
 stituet, orbique inde capto omni ignem injicet, quo autem ar-
 dente filios magnæ familiae Vitæ, qui nos celebrant, perseque-
 tur, omnibusque Názareis, in nostrum cœtum congregatis, lo-
 co stipis, in perpetuum eis erogandæ, contumeliam verborum
 & persecutionem in mundo tribuat. At, Septem Stellaribus
 sic stantibus & consultantibus, Nebat bar Juhano ex corpore
 exiit, Electus hic exiit ex corpore, & itinere in Aetherem su-
 scepto, expeditus ille Genius, donec ad custodiæ Spiritus

*) Prætermissum ʃɔ:p.

perveniret, contendit. Spiritus, hoc viso, de suo throno præcubuit, & custodibus, hoc viso, flagrum de suis manibus, at etiam tintinnaculis tintinnabulum cecidit. Constrictæ jam præstigia Spiritus, & opera illius particulatim dissipata fuerunt. Spiritusque Venereus Spectatum beneficentia sic alloquebatur: venisti ex orbe; quo autem loci tuum iter tendit? Quis tui custos? Quis te ex mundo eduxit? In quo tua fiducia posita? Quis tui servator? In quo loco habitasti? domus, quæ mihi culta, ea etiam tibi sedes. Tamen in mundo nullum de nostris operibus fecisti, neque summisse te gessisti. Sic probro nobis nobis factus es: sic nostram lasciviam evasisti: sic nostrum æstum & fervorem evasisti: sic nostrum ignem & incendium evasisti. Quis a caligine, quam in mundo reliquimus, te liberavit? Quis dominus tuus fuit? Quis tui plantator? Quo loco tuus socius, vir ille purus, qui tuus nutritor fuit? Advolavit, Spiritu sic stante & loquente, & advenit ille Socius, advenit ille Socius purus, qui oblocutus voce jussit, qui oblocutus jussit voce, ut meum tor in suo fulcro quiesceret. Namrus, mater mundi, tum interrogavit: quis creator tuus fuit? Ascendi tum in lucem, mecum cogitans, e luce me plantatum fuisse. Atque ad creaturas lucis meum iter ferebat. Cessans inde hæc a voce, consedit, flagelloque ex sua manu cadente, dixit: præter te, Genie, ascendet in lucem nemo, nemo in lucem ascendet ex hoc mundo. Non ascendent, locum lucis visuri, non ascendent Nasaræi, integumento perverso induiti: non ascendent Nasaræi, qui opes & divitias obtestantes, obtestantes opes & divitias, nomen Genii Javar non commemorant, non commemorant nomen Genii Javar, qui non

mercedem stipemve erogant, non erogant mercedem stipemve, quorum plagiæ non sanabuntur, quorum non sanabuntur plagiæ; sed qui illam utramque in lasciviam, adulterium, corruptionem & fornicationem conferunt, conferunt in corruptionem & fornicationem, ii septem plagiæ percutientur, percutientur septem plagiæ, in custodias Septem Stellarium casuri. Animæ omnes, quæ male fecerint, ut capillus capitis mæcrescent. Nomen Vitæ qui denegaverit, mortem secundam obibit, obibit mortem secundam: & obscurata sua forma non ilucescat. Spiritus, hoc dicto, & splendore puri Javar illucente, splendore illucescente hujus Javar, decidit de throno, de throno decidit. Effudit deinde ille Socius malleum splendoris, eoque percussit, effusoque malleo splendoris & iactu per eum dato, Spiritum in probra suæ animæ fundens conjectit, Spiritum conjectit in probra suæ animæ: præcipitante tum se Spiritu in mare magnum Erythræum, in hoc mare se præcipitante, nec verbo, quod illi Socio diceret, ipsi tum superstite. Sustulit me posthac ille Socius per septem vocabula occulta, meque erectum coram meo patre constituit, suo baptismo baptizavit, suo verbo firmavit, firmavit suo verbo, obsignavit puro signo, stolaque splendoris præclari & infiniti vestivit, coronam puram, & apud eum lucontem, mihi imposuit, tiara, quæ ex terra Ajar plantata, plantata ex terra Ajar, plus splendore solis in sempiternum lucet, me obtexit, atque in habitaculis secretis, patri meo Johanni, egresso e mundo, cultis, me collocavit. Vidi tum Dominorum speciem, in Ajar præstantem & excellentem, vidi lucem summam, vidi sceptrum eximium, vidi Aebel Zivo potentem, qui me a re abominabili liberaverat, me a vigiliis, quas Septem Stellares

in mundo pararunt, liberaverat, jam vero mihi speciem Domini-
norum indicavit, vitem præstantem mihi explicuit, Schar vitem
maximam Vitæ in sede thesaurarii Juro explicuit, creaturas
Iucis apte dispositas adjunxit, atque in habitaculo, quale suum
erat, me collocavit, dicens: omnes animæ, ab hac desolatione
digressæ, loco lucis eæ dignæ. Et quælibet anima, sic inde di-
gressa, in tua sede habitabit. Vita pura. Finis.

In nomine Vitæ summae. Honoranda lux præclara. Ge-
nius extrinsecus prædicans, Adamumque virum erudiens, Ada-
mo dixit: ne cuncteris, ne jaceas, quo nec illius, quod tuus
Dominus tibi præcepit, obliviscaris, nec filius i. e. incola fa-
bricæ mundanæ reus voceris, nec coronas svavitatis ames,
nec tibi femina libidinosa placeat, nec aromata ames, nec amo-
res noctis licitos aboleas, nec umbracula fraudis aut mini-
sterium libidinosæ mulieris ames, nec cupidinem locumque
umbrosum fallacis mulieris ames, nec bibas & inebriceris,
nec tui domini ex animo obliviscaris. Tuo ingressu, exitu vi-
deas, quid tuo Domino dicendum sit: tuo abitu, adventu vi-
deas, quid tuo Domino dicendum sit: tua sessione & statione
videas, quid tuo Domino dicendum sit: tua quiete & cubatione
videas, quid tuo Domino dicendum sit. Ne dicast: filius sum
primogenitus, quicquid fecero, nihil stulti ei inest. Vide,
Adam, quicquid mundatum sit, id esse, tanquam non esset, &
quicquid tale sit, quale nou esset, in eo tibi fiducia ne posita
sit. Rectifica recteque colloca bilances, ex millibus elige
unum, elige unum ex millibus, ex duobus millibus elige, ex
decem millibus *). Corona svavitatis & pulchritudo femina-

*) Quædam h. l. prætermissa.

مُلَّا قِبْلَةِ بَيْنَ هَذِهِ مَفْعِلَتَ لَا تَحْكُمْ أَنْتَهُ
عَسْتَ نَذِيرَ لَكَصَدِيْرَ وَجِيلَتَ نَكْلَةَ هَامِيْرَ وَأَنْتَهُ حَمَدَهُ
أَوْيَصَ لِلَّاتِنَسَهُ لَكَمَدَهُ بَيْنَهُ مَنَادَهُ طَلَقَهُ شَرَهُ
حَلَقَهُ مَنَادَهُ مَلَهُ لَهُ دَفَعَهُ أَنْهَى كَمَدَهُ بَيْنَهُ حَمَدَهُ
وَزِيمَ بَيْنَهُ مَدَهُ فَدَهُ مَنَادَهُ فَدَهُ كَمَدَهُ مَلَهُ
أَكَهُ دَلَّا نَهَى مَنَفَلَ أَكَهُ أَكَهُ فَنَفَلَ دَلَّا فَنَهَى
مَهُ دَلَّا قِبْلَةَ نَهَى فَدَهُ كَهُ مَدَهُ كَهُ حَمَدَهُ
وَمَنَادَهُ فَدَهُ لَكَمَدَهُ مَدَهُ بَيْنَهُ كَمَدَهُ فَدَهُ لَكَمَدَهُ دَلَّا
فَدَهُ دَلَّا فَدَهُ كَمَدَهُ مَلَادَهُ حَمَدَهُ لَيْلَهُ إِنْهُ

rum peribunt: quæ utraque, quasi non extitisset, futura. Peribunt aromata, cupidinesque noctis finientur: peribunt omnia opera, consumentur, & quasi non extitissent, ea fient. Adam hæc audiens, suo animo vacillavit, & lacrimans Genio Vitæ dixit: vobis perspectum, ita esse. Quare itaque me fsum ex meo loco misistis in corpus fœtidum, in corpus fœtidum me misistis, & fudistis in ignem peredentem, in ignem peredentem fudistis, cujus fœtor indies ascendit? Respondit: compesce, compesce tuam vocem, Adam, princeps omnis generationis. Mundum, qui pro certo existet, abolere nemo poterit. Surge, adora Dominos, & mentem adverte, ut sit tibi Vita redemptioni, Vita redēctioni tibi sit, & ascendas, locum lucis visnus. Vita pura. Finis.

Vox hæc Nuntii Vitæ: qui prædicans sui amantes sic explicate allocutus est: summittite, mei electi, cor vestrum, advertite, lavate, abluite, atque per justitiam recreate vestrum animum. Opes mundi ne ametis: quas quæ viderint & amaverint creature, quas quæ viderint creature & amaverint, testu sui cursus præcipites ibunt. Amate, mei electi, justitiam & beneficentiam: quibus virtutibus per mare propositus trajectus, quibus per mare trajectus propositus est: quarumque cultores mille mille in sua ripa stantes, mille mille stantes in sua ripa, ope centum Aeonium trajectus una vice manet. Vos, justi & fideles, cor summittite. Væ autem malis & mendacibus, qui stipem erogandam oblivioni trādiderunt. Pernocabunt hi dracones ad transitum, pernoctabunt ad transitum hi dracones: neque hi mali in locum lucis

فَهَذِهِ الْأُمَّةُ مُنْتَهٰى لِنَعْمَلِيْنَا لَهُمْ

ascendent. Memoranda Vita, quæ pura: & purus vir, qui il-luc abiit. Finis.

E loco lucis exii, ex te, hospitium pulchrum, cordia ut explorarem. Venio ad infortunatos tentatosque animos omnes, quo spectem cor illius, cum quo verser, animumque illius, penes quem hospiter. Qui de me cegitat, de eo cogito, qui meum nomen memorat, ejus nomen memorabo, qui voto suscep-to aliquid ex tellure a me petit, ejus petitioni ex loco lucis satisfaciam: qui precatione gratiarumque actione me prosequitur, ipsi, quod nobile & magnificum sit, precabor. Veni & inveni cordia justa ac fidelia. Querum ori, cum ego abessem, nomen meum immissum fuit. Quos item collectos ad Genios, quos Jukabar vocaverat, evexi, dicens: pacifici, jucundus vester est odor, inter vos splendor habitat. Celebreris, mi Domine, qui contra pacificos nihil decernis. Vita pura. Finis.

A quo die Vitam amavi, a quo die cor meum justitiam amavit, a quo die Vitam amavi, mundo non confisus sum, patri & matri in mundo non confisus sum, fratribus & sororibus in mundo non confisus sum, uxori & filiis in mundo non confisus sum, sceptro & imperio in mundo non confisus sum, vicis & edificiis in mundo non confisus sum, vestibus expetitis & tegminibus pulchris in mundo non confisus sum, facto vel faciendo operi in mundo non confisus sum, mundo omni mundanisque rebus non confisus sum. Ego autem versans animo, quas mihi generationes simul cum mundo paraveram, & ad eas contendens, meum animum omnibus creaturis excellentiorem

فَكِيرٌ لَهُنَّا ءيْمَانٌ مُنْدَبِّرٌ حَصَمَنَا ءيْمَانٌ مُعَقَّبِنَا لَا حَمَلَنَا
لَهُنَّا ءيْمَانٌ مُأْسِدِنَا كُبٌ فَيْلٌ مَضَبَّتٌ حَلَمٌ فَيْلٌ مَضَبَّتٌ
حَنَبٌ لَهُنَّا مُهَدَّدٌ نَسَّهُنَّا مُهَدَّدٌ حَنَبٌ فَيْلٌ مَضَبَّتٌ نَسَّهُنَّا
مُهَدَّدٌ تَهْبِيدٌ لَنَهَّمَنَّا نَفَاهُنَّا لَهَدَنَّا فَلَهَنَّا سَهَّنَّا لَلَّهَنَّا
مُهَدَّدٌ فَلَهَنَّا لَهَنَّا ئَدَنَّا دَلَهَنَّا دَهَنَّا مَهَنَّا سَهَّنَّا لَهَنَّا

inveni. Ascendens in montes editos, & descendens in valles profundas, meo cursu Genium Kuschto deprehendi. Progressus autem foras, deprehendi illum in confinio creaturarum stantem, & inter standum tres stelliones sua manu tenentem. Quorum stellionum cum unum sumsissem, mei oculi luce impleti sunt, alterum cum sumsissem, optime me ipsum cognovi, tertium cum sumsissem, ascendens locum lucis vidi. Celebreris, Rex lucis. Gratiae erga nos ille plenus est. Celebranda Vita. Finis.

Qui superne electus & erudiens Adami filios erudit, erudit Adami filios, his simplicibus, nihil scientibus, dixit: creaturæ simplices, vestra fiducia in quo ponatur? Ubi ad mare Erythræum perveneritis, mare hoc quo modo Erythræum trajicietis? Ubi ad montem caliginis perveneritis, quomodo montem caliginis transibitis? Ubi tempus vestri adscensus & discessus e corporibus advenierit, qui vester commeatus, quod vestrum viaticum erit? Responderunt: ecce nostrum aurum, argentum nostrum viaticum erit: ecce nostræ opes, divitiæ pretio vindicandi nostri itineris erunt: ecce sceptrum, imperium nostrum nobis subsidio erit: ecce quod factum, quod faciendum, nobis fulcro in via erit. Qui superne electus & erudiens Adami filios erudit, erudit filios Adami, his simplicibus, nihil scientibus, dixit: ne vestrum aurum, argentum vobis viatico sit, nec vestræ opes, divitiæ pretio vindicandi itineris vestri sint, nec vestrum sceptrum, imperium vobis subsidio sit, nec quod factum, vel faciendum, vobis fulcro sit. Congregatæ tum creature & generationes in conspectum Apostoli Vitæ prodierunt, dicentes:

لَكُمْ يَصْدِقُونَ إِنَّمَا يُنَزَّلُ مِنْهُ مِنْ كِتَابٍ
يُنَزَّلُ مِنْ رَبِّكُمْ لَكُمْ مِنْهُ مِنْ حِلٍّ
وَمَا أَنْزَلْنَا مِنْ قُرْآنٍ إِلَّا مُنَذِّرًا
أَنَّ هُنَّا مُنَذِّرٌ لِّلنَّاسِ
وَمَا أَنْزَلْنَا مِنْ قُرْآنٍ إِلَّا مُنَذِّرًا
أَنَّ هُنَّا مُنَذِّرٌ لِّلنَّاسِ
وَمَا أَنْزَلْنَا مِنْ قُرْآنٍ إِلَّا مُنَذِّرًا
أَنَّ هُنَّا مُنَذِّرٌ لِّلنَّاسِ
وَمَا أَنْزَلْنَا مِنْ قُرْآنٍ إِلَّا مُنَذِّرًا
أَنَّ هُنَّا مُنَذِّرٌ لِّلنَّاسِ

per tuam Vitam, tuam Vitam, Apostole Vitæ, nobis arcana itineris patefacias. Quibus respondi: vestræ manus stipem eragent, cor vestrum in fide justitiae sibi constet. Regi lucis propri procumbatis. Plenus erga vos gratiæ erit. Hic vester commeatus, hoc vestrum viaticum sit. Celebranda Vita. Finis.

Ad portam domus Vitæ Genius procubuit, & sedens commentando dixit: magister ego doctorum, informator scribarum, magister sapientium fui. Quis me implicavit? Stultus evasi. Quis me implicavit? Evasi stultus. Tamen corpori animam immisi. Ulterius dixit: quando finis mensuræ numeroque mundi futurus? quando recreabis oppressos, oppressos recreabis filios, qui liberi ab initio fuerunt, non vero sunt? recreabis filios liberos, afflictionem vero in orbe perferentes, afflictionem perferentes in orbe, eosque a manu Septem Stellarium liberatos, oppressos hos a suis oppressoribus relaxabis? Quos mundus decepit, ejusque divinitas fecellit. Celebreris, mi Domine, qui contra pacificos nihil decernis. Finis.

Hic cuius filius est? cuius sic pulchræ species, cuius sic species pulchræ, & cuius mens sic cauta in mundo est. Mali, qui ipsi libidinem injecerant, de eo sic collocuti sunt: illum, libidine ipsi immissa, apud nos in mundo detineamus, ut ejus cor detur patrum denigretur, & obliviscens ille sui Domini, quam hic commendavit, mansuetudinis obliviscatur, quo ille, contumacia eum occupante, viam rectam immemor, sceptrum nostri loci subeat. Ego autem per virtutem mei Domini mihi constans, & in celebratione mei creatoris saltum mei cordis suscipiens, non immemor illius, quam meus Dominus mihi

١٧. ١٢٥,٦٠٠ ملار ٣٤٠ دلار ٥٠٠ ملار ٣٠٠ دلار
١٨. ٣٠٠ ملار ٣٠٠ دلار ٣٠٠ دلار ٣٠٠ دلار ٣٠٠ دلار

وَلِيَ حَدَّتْهُ فَلَمْ يَعْلَمْهُ لَكِنْ لَمْ يَرَهُ فَلَمْ يَرَهُ
وَلِيَ حَدَّتْهُ فَلَمْ يَعْلَمْهُ لَكِنْ لَمْ يَرَهُ فَلَمْ يَرَهُ

præceperat, mansuetudinis, qua nihil arrogantis mihi assumsi, non immemor mearum homiliarum concionumque, vanum carmen non cantavi, nec immemor tramitum mollium, peccatores secutus sum, verum, concione habita, malos hujus mundi supplantavi, dicens: nonne bene scitis, mali, me mundi exsortem esse? Adoravi & celebravi meum Dominum, socium meum futurum. Celebranda Vita. Finis.

Kuschto (Veritas), tibi testimonium dico. Ut vir quidam intelligentiam petat, ita oculi mei te spectant. Electus ille Vitæ, qui se illuc contulerat, jussit, meum cor quiescere, jussit, meam mentem gaudere, jussit, meas cogitationes suo loco consistere, jussit opificem fluentium, ut terminum fluentium mihi definiret, jussit custodem marium, ut maris trajectum mihi servaret, jussit fabricatorem montium, ut mihi viam per montes sterneret. Sic & ita præcepit sculptori imaginum, figurarum: libidinem in tuo capite obumbra. Ut etiam architecto corporum præcepit: festina, ædificium tuum perfice, festina, perfice tuum ædificium, brevi inde exhibe. mundus penitus peribit, ejus opera tollentur, exitio aurum capitum dabitur, argentum quæsitum non reperiatur, obsecabuntur cordia lœta, pereunte suo cantu, rex coronam relinquit, liberique filii in captivitatem ducentur. Pacifici autem in lucem ascendent: mali vicissim heic detinebuntur. Vita pura. Finis

Omnium vocum, quas audivi, voci tuæ, filie Magnatum, respondebo. Jucunda vox suorum cœtuum, suique sermonis vox svavis. Locus etiam, quem tenent, eximus: suaque gloria

نَهْرٌ مُفْصِدًا شَمْبَلَى حَوْلَهُ بَيْضَهُ كَمْنًا إِذَا حَلَّ أَبْنَى دَبَّ
مُفْصِدًا إِذَا حَبَّ فَيُفْصِدَا مَا لَكَهُ يَحْتَهُ مَهْلَكًا إِذَا دَقَّهُ بَيْنَ حَلَّهُ دَبَّ
سَكَلَكَهُ إِذَا حَمَّكَهُ حَرْبًا هَفْطَهُ فَهُمْ مُفْصِدَهُ مَهْلَكَهُ بَيْنَهُ
مُفْصِدَهُ حَرْبًا حَمَّلَهُ مُنْكَهُ فَهُمْ مُفْصِدَهُ كَعَنْهُ حَمَّلَهُ حَبَّهُ
جَهْنَمْ إِذَا مَصْنَعَهُ بَلْ (* حَبَّ قَيْطَا لَبَّ اَهْمَهُ تَدَا هَلْكَهُ
حَمَّلَهُ حَرْبًا مَهْرَبًا مَلْكَهُ فَهُمْ مُفْصِدَهُ بَلْكَهُ بَلْهَنْدَهُ
مَعْنَى مَنْكَهُ مَفْكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ لَلْحَفَ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ
مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ
كَعَنْهُ مُفْصِدَهُ إِذَا حَلَّ أَبْنَى حَبَّ فَيُفْصِدَا مَهْلَكًا مَهْلَكَهُ
مُفْصِدَهُ مُفْصِدَهُ مَهْلَكَهُ إِذَا حَمَّلَهُ مُفْصِدَهُ كَعَنْهُ فَهُمْ
مُفْصِدَهُ مَهْلَكَهُ حَمَّلَهُ حَمَّلَهُ مَهْلَكَهُ بَلْكَهُ حَمَّلَهُ مَهْلَكَهُ
فَهُمْ مُفْصِدَهُ حَبَّ حَمَّلَهُ حَمَّلَهُ مَهْلَكَهُ بَلْكَهُ حَبَّ حَبَّ
فَهُمْ مُفْصِدَهُ حَبَّ
أَهْمَهُ كَعَنْهُ مُفْصِدَهُ كَعَنْهُ مُفْصِدَهُ كَعَنْهُ مُفْصِدَهُ كَعَنْهُ
لَلْحَفَ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ
لَلْحَفَ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ
لَلْحَفَ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ
لَلْحَفَ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ مَهْلَكَهُ

+) Lege *Urgiamo*.

infinita: ut etiam eorum conciones illustres & magnifice: atque, quicquid volueris, ii facturi. Ego meo loco consistens, consistens inquam, magna qnæstione proposita, dixi: quis mihi dedit de illorum virtute summa, mihi inter generationes Adami fulcro futura? Quis mihi dedit de eorum potestate clementi, miro usui inter omnes generationes futura? Quis aperuit os meum, sicut illud os, quod splendorem expandit, meaque labia in modum duplicis ripæ? ex quo, sicut aqua, preces, homilie & conciones plenæ exeunt. Quis me sustulit in locum, quem illi tenent, præstantem, pulchrum, lucentem & collustrantem in sempiternum? Quis vestivit me illorum splendore, illorumque luce quis me texit? Quis me ad eos evexit? Quis meam animam in eorum habitaculo collocavit? Mihi ita meo loco stanti, ac sciscitant, dederunt, dederunt de sua virtute summa, quæ mihi inter generationes Adami fulcro existit, dederunt mihi de sua potestate, quæ similiter nobis inter generationes omnes miranda extitit, aperuerunt meum os, ut os, quod splendorem expandit, meaque labia instar duplicitis ripæ, quo ore, sicut aqua, preces, homilie, & conciones exeunt. Quis me extulit? Collocarunt apud se meam animam in habitaculo Vitæ, loco meo futuro, quem clarum, pulchrum & lucentem in sempiternum tenerem, atque me suo splendore vestierunt, suaque luce texerunt. Locus vero, quem Domini tenent, locus est, quo boni commorantur; & loco, quem Domini tenent, nihil, quod vitiosum & mendosum sit, inest, neque huic loco occidit suus sol, aut suæ lucis radii obscurantur. Vita pura. Finis.

TOM. III.

II

In nomine Vitæ summæ. Ego superne consisto, in verbis summi & potentissimi Aeonis, cui septem sceptra, consisto. Superne cum meis Sociis consisto, indumento Dominorum clarus, virtute Geniorum lucidus. Superne cum Anono (Nube) consisto. Superne consisto cum stolis secretis, in æthere affabre collocatus. Ego verbis secretis conspicuus, concionibus adornatis præclarus, & sermone, quem ex loco lucis adduxi, illustris. Provocavi splendorem maximum, extendi septem Jordanos, & habitacula in iis constitui. Explicui doctrinam veritatemque aeternam. Explicui vias summi, præstantissimi Aeonis, cujus ope per meam doctrinam religionemque Genii ascenderunt. Procumbentes hi religiose, & in æternum Vitam celebrantes: quos autem ego in suis habitaculis instauravi, quibusque sceptra eximia præposui. Cum exstisset Adam, caput generationis familiæ omnis, cum exstisset Adam, caput generationis, parato ipsi consortio, & propagata ex eo progenie, doctrina Vitæ, multiplicata fuit, multiplicata fuit doctrina Vitæ, quæ eximia, clara, & quovis loco lucida est. Procreati etiam Spectati beneficentia: quibus mixtio mendacij non inferat, quibus non inerat mixtio mendacij, quibus non inerat effigie caliginis, quibusque odium, invidia, discordia non inerat. Sic & procreati Consecrati quieti, qui ex Quietis orti, suis verbis occultis magnifici, custodibus sibi appositis tñti, & in sua sede fetificantes, magnifice egerunt: cornu in eorum capite contexto. Distincti hi magno splendore, luceque pretiosa in loco secreto, ut & iidem virtute, veritate & scientia Genii Javar, Nuntii Vitæ, qui illuc se contulit, distincti: quorum sermonе Genii, quorumque thesauro egregio Conse-

erati gavisi sunt. Sed ad portam domus Vitæ thronus Domini splendoris apte positus: & e regione sui splendoris qui ducti semperque habitati Jordani fuerunt, si tranquilli. Ut & ibidem tria habitacula. Parique modo Septem Vites procreatae, procreatae Septem Vites fuerunt: quæ a Jukabar Zivo ortæ, eæque clarae sua specie, & splendore superne veniente lucentes. Splendor vero, lux, & sceptra Aeonis sumini, omnium primi, dederunt virtutem creaturis omnibus electis, quæ progressæ ab omnibus Vitibus jucundis, sed ab iis in consperatum Vitæ summae digressæ, ascenderunt, & habitacula terræ lucis occuparunt, ad virtutem, veritatem, & scientiam Genii Javar, Nuntiï Vitæ, qui illuc se contulit, optime eruditæ. Loquens tum Vita summa Genio Aebel Zivo dixit: abi, & Eleclis, in vasta solitudine versantibus, explica Nubes occultas, splendoreinque passim in iis diffusum: explica eis umbracula, habitacula, Jordanos, hec omnia passim procreata: explica eis Albumina summa, interiora, tecta, Domino celsitudinis antiquiora, antiquiora Domino celsitudinis, & quo loci se Genii contulerunt: explica eis lucem Vitæ, Nubem Domini celsitudinis, qua ille tectus est: explica eis confinia Nabis & Firum Zoto, qua ille tectus est: explica eis Nubem Fetulo, quam Aebel Zivo inhabitat. Sed & hi erudiantur de tempestiva, operosa & fortunata Nube, in qua Aeon summus, magnificentissimus, & Netusto sedent: erudiantur de Nube Jasnius, qua Scharat Vitis, summa, secreta omnium prima, tecta est: erudiantur de strato oculto, Nube thesaurarii Juibo, qua ille tectus est: erudiantur de Nube Tatagmuri, quæ filio primogenito Juschamin data fuit: erudiantur de illa, quæ aperta & exsplendescens ex Aqua exiit, dupli Nube, quam Geniis Nesab & Anan Nesab hæc dedit;

erudiantur de illa, quæ clare & magnifice elata fuit, duplice Nube, quam Sar & Sarvan inhabitant; erudiantur de illa, quæ illucescens eminuit, duplici Nube, quam Schelmaj & Nedbaji inhabitant: erudiantur de Kebar Nube, quæ puro Jamino data fuit: erudiantur de Nube Taljo Zuto, cui Nubi item Schaschkil nomen est: erudiantur de Maschklil Nube, quæ plantata Fetahili data fuit: erudiantur de precibus variis generis, in animo spectatorum beneficentia reconditis, unde hujus mundi virtus, veritas, verbum in locum suum ascenderunt, manentibus vero in orbe facibus. Quarum scilicet precium undecim preces domus τα Ram Zivo reliquit, Anan potens viginti quatuor preces reliquit, domus Genii Javar Zivo quadragesinta & quatuor preces reliquit, Javar Zivo triginta & sex reliquit. Ille vero, quem Principem virtutis & scientiæ præfecerant arcanis tam virtutis totius terræ, quam omnis modulamiris, quo Genii in hoc mundo suas preces, ad Vitam summam, Primam, in suo habitaculo sedentem, fusas, modulantur, ille inquam triginta preces reliquit. Sic etiam, & respectu precium, quæ mysterium sumnum & præceptum Aque, suas origines inundantis, spectant, & quas Aébel Zivo, proficiens ad dominum Abaturi, ad hunc aëris principem ex mundo protulit, tales duas Princeps hic aëris reliquit. Quas vero preces dominus Behram definitas Adami Sociis, & quas τα Tanone reliquit, tales septem reliquit. At vero si qui Benefici fuerint, quorum manus fecellerit hos, qui rudes nati caliginis sunt, eorum figura obscurata non lucebit. Quomodo & Nasaræi, qui ex suo animo sapientiam mendacii verbaque obstupefacientia creaturis protulerint, ii Nasaræi mendaces magno consummari

فَهُنَّ أَعْلَمُ بِمَا يَرُونَ إِنَّمَا يُنَزَّلُ مِنْ رَبِّكَ مِنْ كُلِّ
مَوْلَىٰ لِئَلَّا يَرَوْنَ فَعَلَيْهِ مَا أَتَىٰ وَلَا يُؤْخَذُ
عَلَيْهِ مَا لَمْ يَعْمَلْ

tionis die penitus consumentur, suo nomine e domo Vitæ extirpato, lucemque suis oculis non videbunt. Memoranda Vita, quæ pura, ut & purus Vir, qui illuc se contulit. Finis.

In nomine Vitæ summæ. Veni, affer, quod Vita nobis disposuit, sceptrum, veni cum splendore multo, præclaro, & infinito, affer præcepta arcana, ut iis erudiamur in hoc mundo, in hoc mundo iis erudiamur, celebremus Virum mei plantatorem, Vitamque summam celebremus. Quam Vita nobis plantavit, da nobis plantationem, plantationem, quam Vita nobis plantavit, nobis da, socios nobis da Consecrates oculos, qui nos ab omni abominabili liberent. Explica nobis preces, quas Adam in hoc mundo fudit. Explica nobis Ajar Vitam, & verbum lucis inde ortum. Explica nobis bonitatem, quam Adamo Aebel Zivo in hunc mundum attulit. Adam, omnis generationis caput, dixit: sum Adam, Aebel Zivo mei fuit plantator, Aebel plantator mei fuit, qui idem me liberavit a mundo, ab oppressione Septem Stellarium, quam animis relinquunt, a persecutione Duodecim Stellarium, a quibus nihil non fœdæ speciei existit, ab igne & incendio, quod corporibus immittunt, persequentes animas eorum, qui summissi dignique loco lucis sunt, mœstitudinem viris justis ac fidelibus afferentes, persecutionem & suspicium animabus eorum, qui testimonium Vitæ perhibent, moventes, & labefacientes Nasaræos, loco lucis non summissos, &, prævalente caligine, a luce lapsos, lapsos a luce, quos Spiritus invadit, invadit Spiritus, captivosque ducit ad generationes cantilenæ magistras, bibentes & propinantes, convivantes & cantantes: quod ipsum magnæ oppressioni eis,

futurum erit. Morientur hi mortem secundam: non eorum oculi lucem videbunt, eorum oculi non videbunt lucem, nec eorum pedes veritatem invenient. Ipsi, qui lectum mei strati conculcat, magna oppressio futura. Vnde Nasareis, quos Septem Stellarares in mundo labefactarunt, & qui compotatione Septem Stellarium se inebriarunt. Cadent hi in mare vorax, flagro autem ignis cædendi. Vobis, animæ, testimonium Vitæ perhibentes, explicate dico: agite in hoc mundo constanter, donec vestra mensura absoluta fuerit. Vobis, animæ, in domo caduca hospitantes, explicate dico: vestro corpore ubi exieritis, Vitæ summissæ quem libellum dabitis? quid Vigili, vos ex mundo solventi, dicetis? Quid Custodibus vindictorumque Præfectoro ibi versanti dicetis? Quid Genio Anusch, ubi coram ipso in quæstionem vocabimini, dicetis? Quid Genio Abatur dicetis? quæ veste caliginis in hoc mundo induitæ estis. De Septem Vigilibus, qui ex lumine ræ Ur, domini caliginis, de Duodecim Versicoloribus, qui ex caligine lma exierunt, & de vestibus albis, ex quibus hi Versicolores colorem suum traxerunt, & cum quibus hi Versicolores baptizati fuerunt, Vobis, mei Electi, dicam. Qui adornaverit, induerit & gesserit naturam loci caliginis, ille hac se coronans, in hac jacens, gehennæ insimilæ comburendus tradetur. Et exiturus hic corpore, densa caligine obtegetur, obtegetur densa caligine, &, quæ Septem Stellarium est, portionem adipiscetur. Qui vero ab eis se vindicans, ab eis omnibus se caverit, ille etiam ab eorum occidione, opprobrio & adulterio, item a compede, occidione, & malitia, quas res in hunc mundum Messias disseminavit, se vindicabit. Et, qui ab his se vindicaverit, ascendet,

Vitam summam in suo habitaculo visurus, vitem puram Sami & Starvan arborem, unde exstitit, visurus, vitem Schar visurus, & in hujus cacumine, traectu, & celsitudine habitaturus. Induet etiam hic vestem Genii Bebrae, & ascendet, visurus locum Incis, lecum lucis visurus, hospitium illud pulchrum quæsitus & inventurus. Animis, in fabrica caduca hospitantibus, Nuntie Vitæ, purus es, omnibus tui amantibus purus es. Finis.

In nomine Vitæ summae. Die primo, loco primo, horaque prima, cum venisset Abatur, & Fetahil extendisset cælum, condensasset terram, expandisset firmamentum, fidisset maria, concidisset montes, parasset pisces in maribus, aves alatas, bestias mansuetas ferasque cuiusvis speciei, frugiferas herbas & arbores in cibum potumque Adami suæque uxoris Havæ atque totius generationis parasset, atque odorifera quævis, fetificantia, uisifera, balsamifera, & aromatifera fecisset; Fetahil, consilium Abatur inito, se ipsum intuens, suam speciem contemplans, Adamum virum fecit, ejusque uxorem Havam fecit, ex quibus in mundo generationes animarentur. Quin & spatium mundanæ ætatis, subducto calculo, definitum fuit. Sic a die, quo creatus fuerat Adam, usque ad creaturarum finem 480,000 — anni. Pari modo Septem Stellaribus & Duodecim Ducibus Stellaribus, subducto calculo, spatium sui temporis definitum fuit. Quod vero spatium in septem partes, alteram altera neque majorem neque minorem, divisum fuit. Quæ autem euique Septemstellaris pars obtigerat, fuit 68,571 annos

^{*)} **لَمْ** omissum, ut **لَمْ** lin. 4 mendose geminatum videtur.

**) Leges سیاست

rum, 5 mensium, 4 dierum, 6 horarum *), plurimumque minutorum & secundorum. Enimvero Duodecim Incantatores imperitabant apud Septem Stellares, quomodo Septem Stellares apud Duodecim Incantatores imperitabant: vindicato sibi spatio temporis, quod Jovi cesserat, eoque 9000 annorum, quod Jovi superfuerat, hoc inquam sibi vindicato. Imperantesque hi Duodecim Incantatores non modo 9000 a. apud Jovem, sed etiam 69,000 a. apud Martem, summatim 78,000 a. imperabant. Cesserunt scilicet Arieti 12000 a., Tauro 11000 a., Geminis 10,000 a., Cancro 9000 a., Leoni 8000 a., Virginis 7000 a., Libræ 6000 a., Scorpioni 5000 a., Sagittario 4000 a., Capricorno 3000 a., Aquario 2000 a., Piscibus 1000 a. A creatione Adami, donec sublatus fuit mundus occidione & interneccione, 216 000 a. Annorum vero, qui Stellaræ Iunæ cesserant, 10,000 a. exierunt, antequam mundus occidione & interneccione sublatus fuit; sed ab hoc tempore, quo ille a duobus hominibus, viro, cui Ram nomen, & femina, cui Rud' nomen erat, excitatus fuit, usque ad id quo igne sublatus est, 150,000 a. præterlapsi sunt. Videlicet, 29000 annis, qui Jovi cesserant, præterlapsi, mundus fuit sublatus igne, qui totum mundum consumsit, ut & Duedecim excitantib; in terra pulverem consumserunt **). Posthac mundus a duobus hominibus, viro, cui Schurbaj nomen, & femina, cui Scherhabil nomen, excitatus fuit. A die autem, quo mundus sublatus fuit igne, donec sublatus fuit

*). Sequentia *L*et*a**r* *L*et*a**s* *L*et*a**s* *L*et*a**s*,
quæ intellectu difficultas, rotunde verti, efficient, calculo recte
subducto, 51 Min. 25 $\frac{1}{2}$ Sec. **). *Aurorum* haec en
grammatice et astronomiae.

*) Legge ۷۳۲۰.

**) Lege . ملکه .

aqua, 100,000 anni fuere. Deinde, præterlapsis 8000 annis, missa fuit vox τω Nu de arca, dicens: arcā ædifica. Tunc ad illius mandatum Nu, architectis adductis, & ex Haran cedris, ex Libano autem cedris feminis cæsis, per trecentos annos arcā, longitudine 300 ulnarum, latitudine 50 ulnarum, & altitudine 30 ulnarum coagmentavit. Quo facto, collecta animantia omnis speciei, masculini & feminini generis, in arcā Nu introduxit. Posthac per 42 dies & 42 noctes diluvia aquæ superioris ex cœlo, diluvia aquæ inferioris ex terra erumpentia montes inundarunt, colles inondarunt. Mundus tunc totus aquâ sublatus est. Sed arca natans & vagans in superficie aquæ per unum & decem menses, ferebatur. Mense autem undecimo, & cessante diluvio, arca super montem Kardun descendens, ibi hæsit. Novit tuin Nu, diluvium in mundo cessasse, corvumque emisit, ei dicens: i, vide, an diluvium in mundo cessaverit. Abiit corvus, & cadaver invenit: quod vero comedit, obliscens, quod Nu ei præceperat. Columbam deinceps Nu emisit, ei dicens: i, vide, an diluvium in mundo cessaverit. Ubi est corvus, quem ante quam te emiseram? Abiit columba, & corvum, cadaveri incidentem, atque id cadaver comedentem, invenit: oleam vero in monte Kardun positam, cuius ramus aquâ eminebat, vedit. Quem ramum cum fractum ad Nu columba duxisset, diluvium cessasse hic cognovit. Unde & idem corvo maledixit, columbæ vero benedixit. Sic servata fuit progenies filio ejus Schump, suæque uxori Nurajto, a quibus excitatus mundus fuit. At, præterlapsis 6000 annis, & residuis fato Hierosolymitanæ 2000 annis, Jurbo, quem Adunaj Abortivi vocant, Spiritus,

cum eo versans, & Septem Stellares, consilio collato, cœtum colligere in animum induxerunt. Atque, jubente Adunaj, urbem, Jerusalem appellatam, & in latitudinem 60 parasangas patentem, Abortivi condiderunt. Qui autem, per mille annos in pingvedine Vita traducta, etiam per mille annos in desolatione vixerunt: vastato tum toto orbe. Vocatus posthæc fuit Abraham, pater Abortivorum, cum sua omni familia, in caput terræ Aegyptiorum, quorum regi Faruo nomen fuit. Plurimum vero mali ab Aegyptiis & rege Faruo Abortivi naœti sunt. Enimvero Abortivis, e terra Aegyptiorum transituris, Jurbo, Spiritus, & Alloho i. e. Sol, hæc numina ipsis culta affuerunt: iisque Abortivis transeuntibus, hæc numina quodam die trajicientia mare, id fiderunt, ita ut aqua maris in duos terminos sicut duos montes insurgeret. Quo facto, omnes Abortivi transeuntes, in vastam solitudinem profecti sunt: quam ingressi, Jerusalem dœnum inhabitarunt. Sed Faruo rex cum omni sua vi, quæ erat Septuaginta myriades 770,000 Aegyptiorum, secutus est: qui mare nec magnum nec turbatum aut tumidum videns, viamque in hac maris tranquillitate patenter, quippe cum sua aqua in speciem duorum montium declinasset, videns, cum tota sua phalange mare ingressus est, Abortivos persecuturus. Sed, marina aqua phalangem regis Faruo operiente, rex ille cum suis amicis & auxiliis evasit, utcumque stulte egerat. Quadringenti posthæc anni præterlapsi sunt, donec in Jerusalem Jesus, Mariæ filius, natus fuit. Qui autem Jesus, caput Christianorum, gentein sibi conditurus, item sibi matre electa, natus fuit. Jam de regibus, qui post aquæ diluvium & hucusque, donec sua ætas exacta

fuit, vixerunt, dicam, ut & de annis, quos quilibet rex consumsit, donec sermo ad Ardevan pervenerit, disseram. Gajmurat, omnium regum primus, 900 a. regnavit. Successit Zar-dono Jato Lahmurat, qui 600 a. regnavit. Successit Lafresh Zisag, qui 730 a. regnavit. Quo autem rege mortuo, per centum annos regni intervallum fuit. Successit Asdahag bar Asfag, Bahran rex vocatus, qui 300 a. regnavit. Successit Faridun bar Tebjan, qui 450 a. regnavit. Successit Faschem Nariinan bar Asro, Karkum appellatus, qui 500 a. regnavit. Successit Farsojo ex regno Turak, qui 60 a. regnavit. Successit Kajkubas qui 505 a. regnavit. Successit Kajkasrau bar Siavischian, qui 60 a. regnavit. Successit Agab bar Burzin, qui 300 a. regnavit. Successit Luhrasp, qui 365 a. regnavit. Successit Guschtasp bar Luhrasp, qui 14 a. regnavit. Successit Adschir bar Esfendiar, qui 112 a. regnavit. Successit Nurajtasch Hurizdan, vocatus Schamida, qui 80 a. regnavit. Successit Aschgan, qui 470 a. regnavit. Successit Daschmeschir, Schlimun bar Davit vocatus, qui 1000 a., scil. 900 in terra, 100 in firmamento regnavit. Successit Bruk rex rerræ Dalia, Sandar Romanus dictus, qui 14 a. regnavit. Successit Aschak bar Aschkan, qui 465 a. regnavit. Successit Alazur, Lestor Kasrau Jasdis Tabian, item Jardban vocatus, qui 14 a. regnavit. Successerunt Reges Persici, qui 582 a. regnarunt. Primus vero Regum Persicorum erat Adschir Pebugan, qui 14 a. regnavit. Successit Schabur bar Adschir, qui 62 a. regnavit. Successit Balasch Hurneg bar Schabur, qui 5 a. regnavit. Successit Bahran bar Schabur, qui 12 a. regnavit. Successit Jazdiger bar Bahran, qui 14 a. regnavit. Successit

Schabur bar Jazdiger, qui 20 a. regnavit. Successit Ferjuz bar Jazdiger, qui 40 a. regnavit. Successit Behdad, qui 5 a. regnavit. Successit Kabar bar Firuz, qui 41 a regnavit. Successit Kasraj bar Kabar, qui 48 a. regnavit. Successit Hurmes bar Kasraj, qui 12 a. regnavit. Successit Kasrau bar Kasrau rex regum bar Hurmes, qui 58 a regnavit. Quibus vero 58 annis Sol ubi signa monstraverat, excessit Kasrau: & in suo regno solutio exstitit. A quo autem die devastata fuit Hierosolyma, usque dum Jazdagir bar Behran, rex Persarum, in imperium adscendit, 594 anni ex mille annis posterioribus Piscium (scil. supra 2000 memoratis) præterierunt. Sic etiam, atque his mille annis posterioribus præterlapsis, cum mundus 701 a. in Piscibus stetisset, dissidium per 89 annos alios exstitit, atque bene, male sedens rex Persarum per annos 210 eis imperavit. Cum vero posthac mundus 790 a. stetisset, aqua deficiente, sterilitas toti mundo contigit. Nempe Deus (Sol) Regesque per annos & menses diversis signis generi humano ostenderunt, sterilitatem huic loco (i. e. Persia) totique mundo obventuram. Significatum fuit hoc, cum mundus in Piscibus a:o 791 staret, ut aqua desiceret, & ut Deus ille (Sol) coeli plaga omni vastationem relinqueret. Significatum fuit hoc, cum mundus in Piscibus a:o 792 staret, ut Arabes ab omni vico surgerent, atque ut, ascidente atra nube, advenienteque Babylonis rege, ejus mundi opes colligerentur. Significatum fuit hoc, cum ille in Piscibus 793 a. staret, ut, mortuo Arabum rege, Arabes alii alios invaderent, nec in terra Babylonis opum hominumque privatio deesset. Significatum fuit hoc, cum ille a:o 794 in Piscibus staret, ut terra tribus

wicibus per diem unaque per noctem concuteretur, medioque anno, & lumine per totum mundum viso, Stella Bel a Sole rumperetur. Significatum fuit hoc, cum mundus in Piscibus a:o 795 staret, ut ursus e terra ascendens ac veniens, privationem hominibus relinquenteret, ut rex Arabum moriretur, ut ursus hic illo tempore dominus mundi totius fieret, qui autem summam fraudem integritati necteret, quomodo & fraudem, mense Schabat, atque crepera luce diei solis, Soli Aquarius lavans necteret. Significatum fuit hoc, ut rex Babylonis ad Babel veniret, ut Babylonis opes ad Babel venirent, ut qui in Tur homines ad Fadakschar agminatim venirent. Significatum fuit hoc, cum ille a:o 796 in piscibus staret, quovis loco signis datis, fore, ut equis virisque mundi per urbes vilitas eveniret, annona imminuta desiceret, perversitas vero, insomia & revolutio non deessent, & animantibus quadrupedibus terraque damnum inferretur. Significatum fuit hoc, ut, cum ille a:o 797 in Piscibus staret, duæ rupicapræ hirsutæ, invicem risuræ, equis virisque irriderent. Significatum fuit hoc, ut, cum ille a:o 798 in Piscibus staret, una ex illis rupicapris hirsutis totum mundum pervaderet. Significatum fuit hoc, ut, cum ille a:o 799 in Piscibus staret, penuria fieret, & serpentes ad homines pervenirent. Significatum fuit hoc, ut, cum ille a:o 800 in Piscibus staret, equis virisque a magno ad parvum per totum mundum, item in quovis mundi loco deserto & solitario, turbamentum maximum & certamen cœcum fieret, & quidem id mense Sivan Geminorum Zodiacalium, die primo mensis, secunda hora & dimidia, bellum cœcum existeret, nec nisi tres viri ex 1700 superstites

تَعْمِدُهُ لَذَا كَبِيرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 إِنَّمَا فَيْلًا نَوْتَنْ لَأَنَّمَا شَرِيكًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَفَظَهُ لَذَا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 فَعَلَى فَيْلًا تَعْجِيْفَ مَالِكَيْدَيْرَيْهِ مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 تَعْجِيْفَ مَالِكَيْدَيْرَيْهِ مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَلَّهُ كَبِيرًا أَصْدَارًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً
 تَعْجِيْفَ مَالِكَيْدَيْرَيْهِ مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَلَّهُ كَبِيرًا أَصْدَارًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً
 تَعْجِيْفَ مَالِكَيْدَيْرَيْهِ مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَلَّهُ كَبِيرًا أَصْدَارًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً
 تَعْجِيْفَ مَالِكَيْدَيْرَيْهِ مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَلَّهُ كَبِيرًا أَصْدَارًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا مُكْبِرًا
 حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً حَقِيقَةً

inde evaderent. Significatum fuit hoc, ut, cum a:o 802 in Piscibus mundus staret, hominibus imminutis, pluribus mulieribus tantum unus vir superesset. Significatum fuit hoc, ut septem mulieres in itinere consistentes virum per plateas prætereuntem exspectarent, ut surgentes illæ & foras prodeentes virum quærerent, non vero invenirent, ut amplectentes eædem viri collare, per mille vices eum oscularentur, cum pauci in mundo viri invenirentur. Significatum fuit hoc, ut, adveniente hoc tempore, præ paucitate pusilanimi, qui imminuti viri, discedere vellent; siquidem septem, octo mulieres uni viro in suam sortem evenirent; ideoque hic vir his mulieribus aliud quodvis malum præoptabit. Significatum fuit, fas esse, ut ne, cum mundus a:o 803 ex Piscibus exiret, de mundi longævitate ab illo tempore quæras. Dictum fuit: ubi Kivan saltu surgens, & e Scorpione exiens ad Leonem ierit, Euphrat Magnus in Tigrin se effundet, terra Babel per 50 annos coram terra Gaukaj in vastatione manebit, & in terra Gaukaj messor, seminator a Quinque Stellis expetet, quod non inveniet. Significatum fuit hoc, ut Messias mendax veniret, dominus mundi totius fieret, in throno magno sederet, judicium exerceret, judices ab oriente in occidentem uno die creatus veniret, & ad tempus sua confabulatione de se ipso testimonium diceret. Ubi vero mundus a:o, 850 in Piscibus versabitur, magna internecio fiet. Reges Persarum reges Arabum sequentur: atque hi per 71 annos regnabunt. Quorum vero Arabicorum regum ætate fallax evadet mundus, neque ejus terræ, camelis, liberis hominibus, servis, ancillis, pueris & puellis, mulieribus, filiisque liberis sedes & quies futura, ut

& illorum regum tempore nec pater filii, nec mater filia, nec dominus servi potens futurus. Cutem hominibus, ut espreis & onagris, hi reges detrahent. Sic illorum regum annis quemlibet, cui vel unicus filius superstes fuerit, felicem prædicabunt. Atque, cui contigit filius, argentum, aurum, equi, cameli, tauri, asini, opes numerosas, vasa, haec mari hiante pessum dabuntur. Nivem in montibus onagri effendent. Et, quicquid factum fuerit, pervertetur. Divites pauperes, pauperes divites sient: hospitia ruinae, ruinae hospitia sient: proceres satellites, satellites proceres sient: dominus servus, servus liber siet: concinna oratio frusus & dolos inter homines siet. Sacella concuteabuntur, ædes Deorum profanabuntur, dicto obedientes & beneficii fraudulenti futuri, ob has opes arroganter se gerent. Una perfidia e terra, altera ex cœlo prodibit: ambæ sibi invicem mixta super homines se effundent. E cœlo pluvias non existet, fructumque suo tempore terra non proferet. Nihil tempestive siet: iniquitas in terram descendet. Tempus tunc mortis, angustia animi, & præceps perversio ingruet. Ignis omni tempore, aut nix copiosa existet. Atque ab urbe in urbem, ab oppido in oppidum duo aut tres simul ingredientes non invenientur. Filius patrem devobebit, eumque cum sororibus e domo expellet: ut & mater filiam intempestive separabit, eamque de die in diem in jus vocabit. Ita etiam magi & scribae juramenta pervertens, tabellio & scriba; hi fuores noctu exeuntes, prævertendo cohortes iter ingressas, eis opes auferent. Deficient pisces in stagnis maribusque; omnibus enim tempore aqua marina, & cetera; utcumque copiosa & abundans, delicijum patietur. Vari modo frugiferæ herbae &

arbores peribunt. Nec non longinquitas vicinitas, & vicinitas longinquitas futura: & alii alios, non vero cognatos decoro, sed exteris pulchre excipient: hominesque fraude spectabiles, & fraudulentio testimonio insistentes, & quamquam jurati id prohibentes, instar canis, carnem amantis, tamen cum amante sui non bene versantis, se invicem invidiose prosequentur. Homines fraudulenti verba inania donabunt. Quim & mulier pueris concubitu futura: mulieresque in adulterium dimitentes viros, mulieres hoc sic viros suos dominos deserentes, jus naturae tollent. Unde homines fraudulenti malique incrementent. Suum patrem, suam matrem devovebunt: & frater adversus fratrem, filius adversus patrem, atque servus adversus dominum in fœditate, mollitie, & fraude ambulabunt. Occideret mulier suum maritum, alii marito futura. Post haec, & malitia cum mendacio invalesceente, Dæmones, Mæli, Tenebriones, Farcæ prævalebunt hominibus, & hominum variæ generis, quot in mundo fuerint, principes sient, ut & diversi Dii homines acerbe tractando, tanquam principes suam sortens eis assignebunt. Unde subito durities, corpusque fallens eis parabitur: ut & mensura suæ ætatis parva futura: atque in falsitate ac mendacio in versantes, mutuo coram verba speciosa dicent, male vero mutuo de absente loquentur. Quibus itaque falsificis suum merum fœtebit: & nulla non res pauca invenietur. Seminaebunt multum, parum invenient: plurimum opum possidebunt, non satis habebunt: atque, ubi edent, nou saturabuntur. Semper perditio & pernicioles eis futura. Propagines terræ putrescent: annona deficiet: frugiferæ herbæ & arbores exarescent: coram blandities fallens: sed pone tergum stantes alii alias sua lingvæ

devovebunt. Sic & homines, in tentoriis versantes, aggredientur homines, in ædibus habitantes, urbesque capient, & Persas, Parthos, Romanos, Segesnæos, nationes sermone diversas, subjugabunt. Quo facto, qui sedent in tentoriis, iidemque victores, illis, qui in ædibus habitant, rem sacram parabunt, eorumque, quos numero 71 immolando adducent, sex immolatos comedent. Filii cum eorum parentibus, mulieres cum eorum viris, fratres cum fratribus in unum locum se congregabunt, & alter alterum sui populi occidet. Gaukajensi autem, qui 50 annos voluptuose regnabit, Babylonensis succedet. Quo autem Babylonensi destructo, Reges Arabicos Kardusu amovebit. Scilicet, rebellione a quatuor mundi plagis facta, rex Burbojo & rex Semrojo, rebelles, cum hoc Babylonensi belligerabunt. Qui autem ab occidente in orientem progressi eum Gaukajensi certabunt, 12,000 futuri. At, ubi ex quinquaginta annis, qui Gaukajensi voluptuose regnanti manebunt, ex his inquam quinquaginta annis viginti & quinque anni exierint, mons auri in solitudine Amisak existet: septemque tum legati ac septem Angeli hunc inauguraturi petent. Surgent Reges, qui eum Regem regum constituent, huic Regi regum dicturi: rem componamus, nec loco domini aliquem servum honoremus. Verum, re hac composita, Rex quidam ex firmamento veniet, illi regum Regi augur futurus. Quem tamen Rex ille regum non videbit, videbunt vero alii omnes, illi Regi regum tum dicturi: vir, qui ex firmamento descendit, tibi in aurem augur futurus, quid tibi dixit? Respondebit: mendacium dicitis. Regi regum reges iterum: excusa, sermo, quem habuimus, an mendax est? Iterumque reges Regi regum:

²⁾ Praetermissum ~~lascivis~~ in urbibus.

surge, nos invicem intueamur. Surgentes tamen se invicem
 aggressi sunt. Illoc autem Rege in aciem procedente, suo
 equo illos invadente, & sanguine usque ad ephippium,
 eodemque sanguine circumfluo ad ejus dorsum pertingente,
 alius alium, utcumque fidelem secum, objurgabit, eorumque
 qui superstites fuerint, alius alium ut occidat cursu
 sequens, ei dicet: parricida sum Cur superstes sim? Advo-
 labunt tum certatim mulieres, & in sui quæque viri condicio-
 nem figuramque circumeundo inquirent. Qua autem non re-
 perta, sumtum suum aurum argentumque in sterquilinia pro-
 jicient. Accingens se posthac ille rex 12 annos regnabit,
 fiduciamque in suo Deo, qui hospes ei futurus erit, ponet:
 quomodo etiam, qui in tentoriis versantur, eum venerabun-
 tur, & qui in urbibus habitant, in suum locum redibunt,
 in sua singuli urbe felici feliciter illi homines acturi. Dehinac
 inundans aqua plurimum danni afferet. Atque dein gravissi-
 mum omnium in mundo bellum existet: in bellum illud, qui
 insignes, satellites ituri: belloque hoc homines per victores
 minuendi. Quo autem facto, rex alias surget, nomine Sarkid
 bar Varzigar, 7 annos regnaturus. Quem sequetur alius, cui
 Schirasuf nomen, 27 annos imperaturus. Quorum vero regum
 etate nihil mali inter homines existet: nec certamen hi inibunt,
 aut alienum peculium, cibum plus æquo consument. Unus-
 quisque in domo sua sedebit: & quomodo certamen, yerbera,
 prælium deerit, nec ullus, qui dolum & fraudem socio suo
 struet, invenietur: suo autem socio si quis dolum fecerit, di-
 scindetur. Qua autem re coercita, mutabit Stella splendens
 suum splendorem, usque ad terram descensura, & septem dies

3) Legge سُقْرِيْتَه ut supra.

septemque noctes hac specie comprehensura. Surget posthaec Vazan rex, 5 annos regnaturus. Cujus vero regis tempore nihil non pulchri fiet, divina in honore erunt, omnia oppida & templa enitescent, integritas valebit, hominesque opes non concupiscent. Qua item estate unus vini modius triginta hominibus satisfaciet, unusque corda hordei seminis quinquaginta homines satiabit, ut & honesta varii generis fient, nec hominibus rei suae modus minor futurus est. Qua autem res augescente, de caelo stellæ devolantes in oceanum cadent: unde in septem maribus aqua rubicunda evadet: eamque quæ biberit, mulier non prægnans fiet; sed principes haec corrupta, & in homines plebejos se projectura, his dicet: mihi concubite. Quæ signa etiam alia sequentur: & in his circumiens tempestas (turbo) surget, pulvisque per eam excitatus hominum portas obteget. Rex tum, coetu hominum instaurato, interrogabit: visumne vobis aut auditum, quod factum est? Sed nescient hi homines, quid respondeant. Rex Vazan posthaec Arboreta mortuorum (sepulcrales arcas arboribus consitas) interrogabit: utrum causæ hujus cognitio nos in perpetuum fallet, an ab antiquo hucusque tale non exstitit? Arboreta haec mortuorum respondebunt: nonne novisti, fore, ut, simulac de caelo stella splendens devolaverit, tempestas vehemens surgat, pulvisque inde excitatus hominum sedes operiat? Notum tibi optime est, rem in fine mundi ad consummationem per venturam esse. Arbor es, quam Rex gloriosam, Deus pulchram tibi fecit. De hac re ne mediteris. Nam, ubi morieris, tua arbor eo felicior futura, quo melius tu vivus egeris. Surget tandem rex prudens Sofo bar

Burzam, usque ad finem creaturarum regnaturus. Cuius regis
 annis bonitas & integritas vigebunt, ut etiam hiems deerit.
 Deficiet vero aqua viva: quæ, ut non ventura, nec sublime
 feretur. Aqua vicissim viridis ex oceano erumpet: cuius aquæ
 odorem quæ animæ percepint, suis corporibus exhibent. Ve-
 nient tunc ad Bel stellam sui Fratres, eum ueste Fetahilis in-
 duturi, tegmine Fetahilis velaturi, corona Fetahilis in suo ca-
 pite donaturi, in throno Fetahilis per 42 annos in vasta soli-
 tudine collocaturi, atque ei dicturi: surge, abjice tuam ve-
 stem, stolam, atque tolle, id quod cupimus, coronam Fetahi-
 lis, splendorem solis, candorem Iunæ, nitorem stellarum, vir-
 zutem aquæ, vim venti, claritatem ignis, densitatemque terræ.
 Quibus Bel respondebit: a cœlo vesperascente in hoc thro-
 no sedi. Jam dixistis: surge, abjice. Vestem tum, stolam,
 coronamque Fetahilis in suum locum illi perferent. Quo au-
 tem factio, solvetur Leviatan, dominus natu grandis, ex vinculo,
 eoque sui oris freno, 144,000 parassangas amplio. Atque hic,
 aperto ore, orbem terræ devorabit, ut & devorabit Septem
 Stellares, devorabit Duodecim Zodiacales Incantatores,
 quinque eorum Rectores, omnes Deastras, Tenebriones, Spectra,
 Fascinatores, Diabulos, Dæmonissas. Omnesque illorum, quæ
 denegata Vitâ Prima judicio tenebuntur, animæ caligini destina-
 te futuræ. Sed, ipsius ore excescente, suffocati ejus spiritu
 omnes morientur: atque ex orbe fætor ascendet. At ad ultí-
 mum Genii omnes terræ lucis venient, qui in ora hujus
 mundi consistentes dicen: ita ascendet fætor cuiusvis, quæ co-
 gitaverit provocare mundum in speciem mundi, quem Fetahilis
 provocavit. Mundus hic noster vicissim in milie myriades

٦٠٢ اعْلَمُ مَكْثُوتَةِ كُتُبِ أَنْجَى شَفَاعَةً لِعَوْنَاطِ
بَسْنَانَ مُضْطَرِّمَ مَدْعَوِّنَةَ مُذَبْحِيَّ بَسْنَانَ مَدْعَوِّنَةَ مُذَبْحِيَّ
جَوَادَةَ مَدْعَوِّنَةَ . ٦٤٢ صَنْدَقَةَ حَسْنَانَ يَعْلَمُ حَدَّادَةَ حَفَرَةَ حَسْنَانَ
حَمْدَةَ لَهُ وَالْمُتَبَعُونَ اَنْجَانَ لَلَّهَ حَرَانَ حَفَرَةَ حَمْدَةَ حَمْدَةَ
بَصَرَةَ حَلَانَتَرَى نَنْدَةَ حَرَى مَدْنَلَهَ حَرَى اَصَانَ نَنْدَةَ
مَدْلَهَدَةَ تَنْسَدَتَ حَرَى مَدْخَلَهَ اَنْشَدَهَ تَنْسَدَتَ مَلْهَفَلَهَ اَنْشَدَهَ
حَمَدَهَ اَعْخَرَانَ حَمَدَهَ بَعْدَهَ حَمَدَهَ اَعْخَرَانَ حَمَدَهَ بَعْدَهَ
حَمَدَهَ اَسَا كَلَّهَلَهَ مَعْدَلَهَ تَنْدَهَ بَسْنَانَ تَنْهَيَيَهَ ١٠٠٠ مَعْدَلَهَ
بَخَرَانَ حَدَّهَ حَمَهَ حَرَى اَدْهَنَتَ الْمَعْدَلَهَ تَنْهَيَهَ

Clausula Codicis

وَيَقْرَأُ مَا يَشَاءُ وَمَنْ يَرِدْنَا فَهُوَ مُحْكَمٌ حَمْكَمٌ

*) Lege ~~concerning~~.

annorum manebit: mundus hic splendor & lux vocabitur: animæque omnes hominum honestorum, qui Vitæ Primæ hospites judicio non tenebuntur, morteni secundam non morientur, verum illorum animæ heic victuræ per Vita'm suo hospitio utentur. Vita prudentibus, Vita spei nostræ, vita Viris, spem nobis facientibus, pura, Vita omnibus operibus in secula seculorum pura est. Finis.

Ordinatus & absolutus fuit liturgiæ hic liber, nomine Vitæ Primæ, item nomine Nuntii Vitæ hujus Javar, fiduciâque in Rego summo lucis collocata, tertio die hebdomadis, & quidem decimo tertio mensis Piscium, anno 1042, in sede & metropoli circumflua, atqne subsellio thesaurarii Gauam bar Mehatam bar Zakia, prætore autem Mahamad bar Mebarak. Descriptus inquam ille a me dextrorsum, sinistrorum i. e. totus, exaratusque in urbe Basra, ob aquæ copiam famosa, & quidem in æde doctoris Saadan bar Baktiar; qui fratrem Bulbul habuit, & cui sua peccata Nuntius Vitæ remisit, ea, quæ gubernator Ali Pascha bar Afrasjab commisit, ipsi non remittens.

Colbertini N. 1715.

Ordinatus & absolutus fuit liturgiæ hic liber, nomine Vitæ Primæ, nomine Nuntii Vitæ Javar, fiduciâque in Rego summo lucis collocata, nominibus rav Aebel, Schetel, & Anusch, principis personæ omnis familiæ, nomen suum apud Javar Zivo professæ; & quidem die Saturni, decimo autem quarto mensis Farvanojo, die inquam Saturni hebdomadis, anno

Tom. III.

N

968 æræ Muhammedanæ, in urbe Havaiza, metropoli circumflua; gubernatore sui territorii Seid Suschad f. Baran f. Faïlah f. Muhsin f. Muhamad, qui omnes rei ibi publicæ præfuerunt; gubernatore ibi hoc ætatis suæ decore splendido & illustri; siquidem tunc temporis nec cibus in olla, nec farina in habitaculo nobis defuit, sed quæcumque segetis erat radix, ea in altum crevit, grandescens, & perennis; cui autem gubernatori, meoque domino, duplex sedes, una, quam in Havaiza habuit, altera, quam convivens in Maschkuk tenuit, aditus ille utrobique magna multitudine hominum, sive discipulorum, sive Præsulum, quorum unus præstans meus dominus Ram f. domini mei Adami Mandæi, alter antistes pro sua facultate Nasaræismi, dominus meus Ram, uterque in Schavir, urbe regionis Kasian, versans. Obtinuit vero in Maschkuk imperium Salomo f. Gamar Gasal, loco senis Suschad. Sicut quod in metropoli Havaiza, id Husaju Dinar accepit. Quod tamen vice præsidii, quod senex hic Suschad tulerat, impotenter, acerbe & dissolute exercuit, suæ genti dominans Quocirca Emir Salomo, hac re per nominatum senem, in Maschkuk degentem, ipsi significata, exiit in aciem, irisque collectis, tyrannum una cum ejus pessimis malæque fidei asseclis, ne iterum conspirarent, occidit, atque rerum, redditu mundo tranquillitate, in metropoli Havaiza potitus, improbae & perfidae genti duces, qui ejus contumaciam coercerent, præposuit: more Salomonis filii Davidis, qui Dæmonibus & Incantatoribus imperitavit, snum, qui præstantem in lucem mili cessit, quoque filium & gerumen, dominum hunc ab omni re mala & execrabilis præmonens. Fnere autem nostri in metropoli Havaiza Præsules: 1:o præstans dominus meus Jahia f.

*Adnotaciones, subscriptae liturgiis,
Una*

لهم إني سأقدمك على من أنت أنت ألمعهم أنا أقدمك على من أنت أنت ألمعهم

domini mei Jahiæ f. domini mei Zehrûn Mandæi: 2:o vir pri-
mus sui ordinis, insignis, nobilissimæ stirpis, studii elati, prin-
ceps omnium Mandæorum, omnisque zeli caput, scil. magi-
ster præclarus & laudatus, nomine Jahia Mehatam f. Anusch
f. Zehrûn f. Zakîr f. Mansur Ubâdjo f. Farasch f. Ja-
hiæ f. Nasir f. domini mei Jahiæ f. Anusch, egregiæ indo-
lis beatæque memoriæ, cui Nuntius Vitæ peccata remis-
sit, commoehens eximie lucis ipsum, ejusque fratres, filios
& familiares: quibus fratribus, filiis & familiaribus, natu ma-
joribus, minoribus, nasaræismus, ejusque cognitio amplissima;
in spe & cura fuit, quorumque ope arcanum luminis, lumen
Nasaræismi prælatum fuit: 3:o princeps nostræ ordinis Jahiæ
Mehotam, vir suomopere sapiens, surgens prima luce diei Solis
& ad templum festinas, vertex religiosorum discipulorum
que, & in hominem quemcumque beneficus. Quomodo etiam
suo tempore nobis non modicæ fructus maturuit, sed etiam fixa
sedes & habitatione fuit. Atque triplicans ille stipem erga af-
flictos & infirmos, ipsam quamvis non petentes, dixit: stipem
Jordani discipulis erogem, stipique quod superfuerit, principi
meo domino id experidam, exsors apud Vitam meum parentem
hec ego futurus. Quæ vero sibi in voto erat, eam quoque inter
creaturas lucis apud Vitam suum parentem invenit, & cum
sua familia suisque familiaribus abunde agens, Vitam sui so-
ciam in perpetuum habuit. Finis.

que inchoatæ:

Tom. II. p. 208.

Sidra i.e. liturgia hæc rerum splendidarum contemplatio.
Quam descripti, ego pauper & humiliis, servus omnium delinquen-

tium, Nasaræorum clementarius, pulvis discipulorum suorum pedibus adhærescens, servus Præsulum, ego Baktiar Bulbul, f. domini mei Ram Zivo f. domini mei Behoram Mehatam f. Jahiæ Adam f. Zuhrun f. Behram f. Zakiaæ f. Ram Zakiaæ, personæ illustris & beatæ memoris; quam descripti Pacifico, Vitæ Vitæque Nuntii ex animo suo testi; quem nempe thesaurum excelsum, & hic in tellure, illic in mundo lucis memorabilem, descripti Pacifico, magistro Saadan f. Jahiæ Baktiar f. Adami f. Jahiæ Baktiar f. Adami f. Jahiæ Baktiar f. Zuhrun f. mei domini Adam f. domini mei Sam Juhano f. Adami, personæ subtilis judicii; quamque sidram ei descripsi a sidra patris mei, domini mei Ram Zivo f. domini mei Behram Mehatam f. Adami f. Zuhrun f. Behram f. Zakiaæ f. Ram Zakiaæ, personæ illustris; suam vero ille descriperat ab una sidra Pacifici, magistri Farasch f. Menunur Jahiæ f. Zuhrun f. Sam f. Farasch f. mei domini Adam f. Schetel f. domini mei Aebel f. Maaruf f. Heriz f. Schetel f. Adami, personæ principis, beatæque memoris, cui sua peccata Nuntius Vitæ remisit; quam nempe ipsi descriperat dominus meus Zakia Bajan f. Jahiæ Behram f. domini mei Jahiæ Sam f. domini mei Behram Juhano f. Jahiæ Zakiaæ f. domini mei Schajer, personæ honestæ, describens a sidra domini mei Ram Zakiaæ Bajan f. domini Jahiæ Behram, personæ honestæ; suam vero ille descriperat a sidra domini nostri præstantis, mei domini Jahiæ Schajer f. Adami Baktiar f. Jahiæ Bajan f. Adami Bulbul, personæ prudenter; quam iterum hic Jahia Schajer descriperat sibi a Sidra Jahiæ Bajan magistri, personæ venerabilis; atque huic suam

descripserat dominus meus excelsus & præstans, ordinator
 thesauri mei domini Jahiæ Sam f. Zuhrun Aebel f. Anusch
 Adami f. $\tau\sigma$ Behram, personæ gravissimæ, describens a si-
 dra viri spectabilis Mehatam, personæ optimæ; cui vicissim
 suam descripserat Hain, dominus meus præstans, f. Jahiæ Sam
 f. Aebel, personæ gravissimæ, describens a sidra domini mei
 Adam Juhano f. Jahiæ Anusch, personæ gloriose; suam vero
 huic descripserat dominus meus Sarvan f. Bulbul f. Adami
 Bajan, personæ expeditæ, describens a sidra Pacifici Aebel
 Berheje f. Sam Berheje, fabri lignarii; quam descripserat
 Jahia f. Adami Berheje, fabri lignarii; atque huic suam de-
 scripserat pro sua facultate dominus Jahia f. Adami, descri-
 bens a sidra, quam ei descripserat excelsus Anusch f. Anusch
 (sigillatim antiquo tempore duas sidras illustris ille Pacificus
 adumbravit) describens a sidra $\tau\sigma$ Mehatam Zuhrun f. Beh-
 ram viri recti; cui autem suam dominus meus Behram Bajan,
 vir honestus, descripserat a sidra $\tau\sigma$ Schevalio Ber-
 heje f. Juhano f. Sarvan; cui rursus suam dominus meus
 Behram Bajan vir honestus descripserat a sidra Adami f.
 Ram Gadono; atque hic suam descripserat pro sua facultate
 Jahia f. Adami a sidra viri principis spectabilisque Zuh-
 run f. Sam, viri fortissimi; cui autem suam descripserat
 pro sua facultate Jahia f. Adam a sidra $\tau\sigma$ Bajan f. Jahiæ,
 personæ venerabilis; qui rursus Jahia f. Adami suam de-
 scripserat pro sua facultate a sidra $\tau\sigma$ Zuhrun f. Jahiæ Ju-
 hanus; cui vicissim suam descripserat dominus noster illustris
 Anusch f. Anusch, speciatim a sidra $\tau\sigma$ Aebel Juhano f.
 Schetel Aebel Juhano. Huic iterum suam descripserat illu.

هذا هو نصف الحدث الثاني الذي حدث في هذه المجموعة الأولى، وهذا هو نصف الحدث الثالث الذي حدث في هذه المجموعة الثانية.

*) Prætermissum *yoL*.

Thesaurarii ignorant, ignorant mei Thesaurarii, illum me inter meos inimicos collocasse. Proficiscens, & contendens Genius usque ad columnam corpoream accessit, & ad columnam corpoream accedens Adamo secreto dixit: Adam secrete, quis ex domo Vitæ tibi accessit, quis tibi accessit ex domo Vitæ? Quis mittens in tellure te collocavit, quis mittens te collocavit in tellure? Inter tuos inimicos quis te constituit, quis constituit te inter tuos inimicos? Tui Thesaurarii ignorant, ignorant tui Thesaurarii, illum te inter tuos inimicos collocasse. Si te novissent Domini, si te novissent Magnates, si te novissent Domini, te a se non separassent, non separassent te a se, in hac tellure non te collocassent, non te collocassent in hac tellure, & inter tuos inimicos te non constituissent. Adam occultus Viro ipsum interroganti respondit: mi pater, optime me noscunt Domini, optime me noscunt Magnates, optime me noscunt Domini, me mundum, ad quem veni, irritum reddere non posse. Quo auditio, lætabatur ille Vir summopere, idemque huc in tellurem progressus, huic Adamo ad ulteriora liberator sui evasit, eumque sua veste exutum & eventum inter Magnates constituit, atque, prehensa dextrâ, Thesaurariis suis tradidit. Qui sui Thesaurarii, facti ejus custodes, ejus custodes facti, eo gavisi sunt, sumque thesaurum ingressi eum operuerunt. Vita pura. Finis.

Aeon sum Vitæ summæ, Aeon sum Vitæ maximæ, Aeon sum Vitæ summæ. Ex thesauro Vitæ, ubi colloquio mei patris & celebratione mei Restauratoris ego fui splendens, ex illo thesauro me expeditum, me expeditum ex illo thesauro, in hunc

mundum miserunt. Veniens autem ego ex illo thesauro, & prospiciendo videns mundum, prospiciendo mundum.videns, cuius abominabilis & infornata species erat, fronte corrugata, rejci & despectui habui viros, qui eum fecerant, dicens. an hic relinquens arcana pacata, arcana contumacia ingrediar? Hic relinquens celebrationem patrum meorum, in dissimulationem indumenti perituri cadam? Hic relinquens veritatem Magnificorum, in trunko perituro versabor? Cum staret ita secum disserens Adam, advenit vir ille socius, qui adveniens socius altissimus ipsi, in splendorum summum introducto, dixit: indue tuam vestem, eamque splendoris, tu tui constans neque eorum, quæ domini tibi præcepere, obliviscaris, aut inter reos censearis. Ingredere, inhabita hunc truncum, unde venisti, ut existat familia certa, atque ut existens illa familia perennis fiat. Adam, aperto ore, socio respondit: quantum roboris mihi dabis, ut hanc vestem induam? Quo fulcro me in orbe sustinebis, ut in fabrica peritura habitem? Dixit; robur tuum erit robur Dominorum, tuaque doctrina e loco Virorum orta, qui, procreato tibi hoc indumento, tibi mundum considerunt. Exiit tum, veni, & in illo habitavi, nec aliquid eorum, quæ meus socius mihi præceperat, mutavi, atque manibus protensis, Vitam adoravi. Contendens jam in mundum veni: ubi excepérunt me hospitio mihi benedicentes mali, reprobati & perditi; quos autem, fronte corrugata, rejci & despectui habui, singulis dicens: illi, cui benedictione Magnificorum benedictum fuit, cui bono erit perditorum benedictio? Quo auditio, illi inter reos se deprehenderunt, deprehenderunt se inter reos, omnesque in malas sui dissimulations inciderunt; omnes

^{*)} Pristermissum *Kawab.*, quod ex seq. *Kawab.* 犬の歴史 patet.

Inciderunt in dissimulationes sui males, & malo adversus me consilio capto, dixerunt: agite, tractemus eum familiariter, agite, dolum nostri similem componamus, componamus similem nostri dolum; quia a nobis seorsim ille Adam conciones habet. Hic autem suo animo hæc discernens dixit: quid me familiariter tractabit? Oculi mei meum locum suspiciunt, oculi mei suspiciunt meum locum, & celebrationem mei Restauratoris ego clarus. Quamdiu inter vos fuero, in vestri dissimulatione quavis eritis. Quid mihi dicitis? Statim ad me Genius venit, atque contendens, accedens vir ille socius mihi dixit: surge, surge, Adam, tecum surge. Ne illi perdit missum te faciant in arcana, ne inquam missum te faciant in arcana ignis consumentis, ardantis & flammantis. Surge, indue vestem ignis vivi, ipsam gloriam sua specie referentis. Surge, ascende in tuum thesaurum, nec in illorum offendicula & delicta impingas. Surrexit Adam, in domum Vitæ ascendit, atque, relictis hujus mundi arcanis, Dominis dixit: foris a vobis fui, a vobis separatus; verum ascendi. Bene dicatur viro, qui me liberans extulit! Bene dicatur tibi, Vita summa, quæ hunc socium mihi misisti. Tu, Socie, eleganter fecisti. Ascendiisti: & qui te secutus fuerit, item eleganter ascendet. Admodum imminutæ generationes fuerunt: plurima persecutiones iis immissa. Verum tu, Adam, eleganter ascendisti: & qui poterit, ille te secuturus, ascendet. Memoranda Vita, quæ pura, ut & purus Numius Vitæ, ejusque socius. Finis.

Aeon sum Vitæ summæ, Aeon sum Vitæ maximæ, Aeon sum Vitæ summæ. Inter Nigrorores occultos fui, fui intex

نَفْسِيَّاً يَقْبَلُونَ مَعْصِيَّاً يَتَّهِمُونَ حَسْنَاتِيَّاً يَكْفِرُونَ لِلْأُولَى
وَمَنْ قَدْرًا مَحْدُودًا لِلثَّانِيَّاً يَضْيَّعُونَ حَسْنَاتِيَّاً يَكْفِرُونَ لِلْآخِرَةِ
إِنَّمَا لِلْأَنْفَاعَةِ مَذْنَى وَالْأَذْلَافَ مَذْنَى لَهُمْ أَنَّهُمْ لِلْأَنْفَاعَةِ
لِلْأَنْفَاعَةِ مَلْفَقِيَّهُمْ حَسْنَاتِيَّهُمْ لِلْأَنْفَاعَةِ حَسْنَاتِيَّهُمْ مَلْفَقِيَّهُمْ
هُمْ بِمَكْفُوتِيَّهُمْ لِلْأَنْفَاعَةِ هُمْ مَوْسَعِيَّهُمْ مَدْبُوتِيَّهُمْ بِمَكْفُوتِيَّهُمْ
لِلْأَنْفَاعَةِ هُنَّ كُلُّ لِلْأَنْفَاعَةِ هُنَّ بِمَكْفُوتِيَّهُمْ هُنَّ مَوْسَعِيَّهُمْ
بِمَكْفُوتِيَّهُمْ لِلْأَنْفَاعَةِ أَنْتَ هُنَّا بِكُلِّهِ هُنَّ بِمَكْفُوتِيَّهُمْ إِنَّمَا يَكْفِي
كُلُّهُمْ كُلُّهُمْ مَوْسَعِيَّهُمْ كُلُّهُمْ مَدْبُوتِيَّهُمْ إِنَّمَا يَكْفِي
كُلُّهُمْ هُمْ مَكْلُوْلُوا إِنْتَ هُنَّا كُلُّهُمْ هُمْ مَكْلُوْلُوهُمْ
مَهْنَدُوا هُمْ مَكْلُوْلُوهُمْ هُمْ مَكْلُوْلُوهُمْ كُلُّهُمْ هُمْ مَكْلُوْلُوهُمْ
هُنَّ كُلُّهُمْ مَكْلُوْلُوهُمْ هُنَّ كُلُّهُمْ مَكْلُوْلُوهُمْ إِنَّمَا لِلْأَنْفَاعَةِ
أَنَّدَلَّتِي مَفْحَدَتِي مَدْهَدَتِي بِمَهْرَفِي مَهْمَجَتِي مَهْمَجَتِي بِمَهْرَفِي
تَهْسِلَيَا مَفْحَدَتِي بِقَبْلِي صَدَمَ مَفْكَرَيَا مَدْهَدَتِي كَلَّبَهُفَفَتِي
تَهْدِيَنِي هُمْ مَوْسَعِيَّهُمْ بِمَكْفُوتِيَّهُمْ إِنْتَ دَلَّتِي مَكْلُوْلُوهُمْ

لله ربنا ملائكته ملائكة سلطانه صاحبنا فضلهن نعمته
لله ربنا ملائكته ملائكة سلطانه صاحبنا فضلهن نعمته

Nutritores occultos, qui excellentes, benedicti, sibique constantes fuerunt. Cui benedictum fuerit eorum benedictione, ille non peribit : qui audierit eorum sermonem, non corruet : qui celebrationis suæ scieus fuerit, in portiones generationum mundi non impinget. Aeon expresse Septem Stellaribus dixit : ego non habitans inter vos, inter vos non habitans, in restra offendicula non impingam, nec vestra captivazione captivus ducar, nec a vobis prehendar, nec aliquid ex vestra sapientia sapiam, nec ambitu vestro custodiar, nec aliquid vestræ abominabilis doctrinæ discam, nec ullum operum vestrorum faciam. Ego vester non futurus, labiis meis distentis, opera vestra omnia despectui habui, evasi vestra probra, quæ in mundum jecistis, vestrum funem, vestrum rete, vestrasque catenæ omnes. In meum locum abeo, auditurns sermonem Nutritorum meorum, sermonem Nutritorum meorum occultorum auditurus, qui excellentes, benedicti, suique constantes sunt, illustris ego mea veste, sapiens ipse sapientia, quæ in eorum corde est, instituendus, atque omne, quod illi ficerint, iacturus. Vita pura. Finis.

Aeon sum Vitæ summæ, Aeon sum Vitæ maximæ, Aeon sum Vitæ summæ. Clarum me celebratione mei Restauratoris, sed captivum duxerunt, meque miserunt in hunc mundum, me miserunt in mundum reorum, qui omnes reprobati & perditi sunt, in mundum, cuius conversatio abominabilis, cuiusque nutrix non collustrata est. Deest eis conjunctio, ut & cultus & familiaris usus eis deest. Omnes sunt litigosi, non mansueti aut quieti. Nec inter eos doctrinæ locus; sed valde

obscura est eorum confabulatio, eorumque species admodum nigra est. Sic & maximopere humilia eorum domicilia: iisque omnes sedentes inter perditos atrati, nigredine infesti, omnes abominabiles, rugientes ære, stantes, omnesque plane rei ac mali. Cur me vobis immisceam, vobisque annumerer, & per vestram malitiam deficiens atque summissus, vobis subjicior? Cur videam vestrum funem? quem qui viderit, corruet. Cur videam vestra opera? quibus nomen purum non inest; ego vero ad domum Vitæ me conferam. Cur amem vestrum domicilium? Stabant Septem Stellares, & cancellis circumdati dixerunt: ubi nos Adam evaserit, custodia nostra fracta foret, ubi a nobis Adam ascenderit, statim tolletur splendor noster, statim splendor noster tolletur, nostraque quantitas foret, quasi non fuisset. Surgens Adam in domum Vitæ ascendit; eumque Vita ablueens in Jordano custodivit, ablueens custodivit in Jordano, imposita ei derrä, baptizavit suo baptismo, verbisque suis puris confirmavit. Memoranda Vita, quæ pura, ut & ille Vir, qui illuc se contulit. Finis.

Aeon sum Vitæ summæ, Aeon sum Vitæ maximæ, Aeon sum Vitæ summæ. Thesaurus occultus fui, fui thesaurus occultus inter thesaurarios præstantes. Quomodo non vidi thesaurum, quem aperiens meus Restaurator admirans est? Quomodo non vidi illum thesaurum, sacramque scripturam non legi? Quomodo illum thesaurum non vidi, atque, qui mihi accessere, me in hunc mandum miserunt? Quam pulchrum, quod vidi? Quam vero abominabile, quod ostendistis? Vidi ipsam sacram scripturam, eamque eximiam, sed caliginem spahi

afferentes ostenderunt. Quando evadam ex caligine, quam mihi ostenderunt? Quando hanc evadens, itinere suscepto, videbo, quod in mundo ulteriori vidi? Loquente sic Aeone, sua vox ad domum Vitæ ascendit, vox sua ascendit ad domum Vitæ, suaque meditatio ascendit ad domum Magnatum, qui ei dixerunt: valde patiens ipse sis. Statim tuum thesaurum videbis, statim videbis tuum thesaurum, quem aperiens pater tuus admiratus est. Tu de tellure sollicitus: nos de te hic solliciti. Tu filius ex orbe oriundus: nos tibi prophetæ præstantes & magnifici. Tu Aeon, qui Vitam vidisti: cura, ne mortem ames, cura, ne ames mortem, malitiam, perversitatem. Testare, fore, ut nec libidinem ames, nec pulchrum splendorem deseras, nec Magniforum obliviscaris, neque illius, quod videre voluisti, non autem vidisti, obliviscaris. Quo audito, Aeon, labilis suis super creaturas distentis, & contemnens turbo, Septem Stellares, formas super eum versantes, contemnens hos Septem Stellares, in suis curribus sedentes, contemnens Spiritum Venereum, cuiusvis rei abominabilis originem, hos contemnens reliquit, iter in suum locum suscepit: illis omnibus, sui observatoribus, in orco sedentibus. Dixit: ibo, visurus, quod mihi Domini præceperunt, visurus thesaurum Magnatum. Ibo, visurus sacram scripturam, quam aperiens pater meus admiratus est. Statim vero Liberator purus venit, qui me hinc captum in thesaurum extulit, dicens: veni, veni, Aeon, veni, sacram scripturam vide, veni, vide sacram scripturam, quam videre voluisti, non autem vidisti, pulchre patiens fuisti, Aeon, pulchre liberatus fuisti, ascendisti. Aeon lætans sacra scripturā, & benedicens Magnatibus, dixit: an

اَنْتَ هُوَ حَلَّ بَيْنَ مَهْبَطِ الْمُجَاهِدِينَ
 تَحْمِيلُكَ حِلْمٌ حَلْقَمٌ مِنْ نَعْصَمِ الْمُجَاهِدِينَ
 فَهُنَّ اَنْتَ مُبَيِّضُهُمْ وَهُنَّ اَنْتَ مُفْسِدُهُمْ
 اَنْتَ لَا مُهَاجِرٌ بَلْ اَنْتَ مُهَاجِرُهُمْ مُهَاجِرُهُمْ
 هُنَّ اَنْتَ لَا

هُنَّ اَنْتَ بَعْدَ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ
 اَنْتَ بَعْدَنِي هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ هُنَّ اَنْتَ

ascendi? Vobis dicam de eo, quid fieri ex igne vestro vivo possit. Hic, ut vestra quantitas, in judicium creaturarum supererit; vestra autem vindemia in manum Septem Stellarium incidet. Respondent: dixisti, stabiliisti, Aeon, abi, in tuo throno sede. Nos omnino scimus, a Vita Secunda hoc profectum fuisse. Celebranda Vita. Finis.

Aeon sum Vitæ summæ, Aeon sum Vitæ maximæ, Aeon sum Vitæ summæ. Clarus ego splendore præstanti. Quis me plantans posuit, meque in falsitatem hujus mundi misit & induxit? Quis me in tunicam, tunicam corpoream, a doloribus & labibus non exituram, fudit? Quis mihi ejus fallaciam ostendit, atque me in ejus præstigiis collocavit? Quis me a fide semovit, & in linguis. (i. e. gentes) perversas fudit? Quis me in linguis perversas, quibus species concinna non inest, conjectit? Quis me inter superbos, omnes fastus & mendacii plenos, misit? Quare non abeo, meum locum, locum lucis, visurus? Quare oblîviscar, quod illorum Dominorum sit, & opera peritura faciam? Quare oblîviscar mansuetudinis, quam Vita mihi prælegens exposuit, meque aggravent mysteria perniciosa, nec appareant mihi mysteria loci lucis, vox mei Liberatoris puri, vox viri mei Restauratoris, vox mei Liberatoris puri, qui eam vocem mihi prædicens protulit, jam vero mihi onus tam grave imposuit, ut, hoc viso, creaturæ tremant. Ille Liberator dixit: Aeon, viatico te instruxi. Si volueris, huc ascendes. Ut hi mali te vident, sic tu eos subiges: ubi ii ipsi irati iras movebunt, tu, Aeon, mansuetudinis plenus esto. Ne turberis, ne commovearis, ne pecces, Aeon,

وَلِلْمُحَمَّدِ مَدْحُودًا لِلْكُنْكُرِ اَوْ كَعْدَهُنْ بِيَا وَلِلْنَّيْفِ كَاهْلَهُنْ
وَلِلْكُنْكُرِ سَهَا كَعْدَهُنْ مُهَمَا وَهُنْ كَاهْدَهُنْ كَعْدَهُنْ اَوْ كَاهْهُنْ
وَلِلْكَاهْدَهُنْ كَاهْدَهُنْ كَاهْدَهُنْ كَاهْدَهُنْ كَاهْدَهُنْ اَوْ كَاهْهُنْ
وَلِلْكَاهْهُنْ كَاهْهُنْ كَاهْهُنْ كَاهْهُنْ كَاهْهُنْ كَاهْهُنْ اَوْ كَاهْهُنْ

quo tua stola maculam non suscipiat. Feras magno animo onus, quod premit, augearis doctrina, quam tibi dabo, inspicias splendorem tuum occultum, e tunica labis eradas, notumque hoc facias inter fideles, & rectos, omnes in tuo conspectu mortales. Ubi vero hoc feceris, tuum indumentum in suo loco recte disponetur, tuum indumentum recte disponetur in suo loco, atque tu apud nos stabilieris. Quo audito, Vita Aeoni, recte mente affecto, dixit: crede, tui constans esto, ascende, Magnates vide. Memoranda Vita, quæ pura: ut & purus ille Vir, qui illuc se contulit. Finis.

Aeon sum Vitæ summæ, Aeon sum Vitæ maximæ, Aeon sum Vitæ summæ. Duxerunt me, me duxerunt ex domo Domînorum: adveni, ut ascenderet Adami familia, adveni, ut ejus familia ascenderet, atque ut finiretur damnum, quod ex domo Vitæ Adamum intraverat. Quem vero prospicientes Septem Stellaræs viderunt, quem prospicientes viderunt Septem Stellaræs, ii perversi & pervertentes. Adam vicissim ignorans, Septem Stellaribus se visum fuisse, quid vobis, inquit, dicam? Quibus, cum stans suo loco eorum tædio affectus esset, iterum digit: O! oculi perversi, qui non puri, quomodo ascendetis? O os malum, quomodo linguae eleganti respondetis? O funditus consumendi! a labiis justissimæ quomodo discedetis? O defectu laborantes & reprobati! a specie lucida quomodo discedetis? Ego non propter vos huc veni; sed Vita me misit: non propter vos huc veni, quibus rex a Vita datus non fuit. Veni, quo Vitæ Secundæ sua opera non pereant, non

لِلْفَنْ حَدَّهُ تَعْرِفُهُ بِمَعْنَاهُ حَدَّهُ مَوْلَاهُ
 فَدَاهُ تَعْرِفُهُ تَحْكَاهُ شَهَادَاهُ دَفَتُهُ فَدَاهُ اِهَا
 دَفَتُهُ اِهَا شَهَادَاهُ اِهَا حَدَّهُ سَهَا بَهَاهُ
 ١٤٥٣ مَحَاجَاهُ ١٤٥٤ هَاهُ اِهَا اِهَا مَلَاعِيَاهُ اِهَا مَهَاهُ
 اِهَا تَهَاهُ حَدَّهُ مَهَاهُ لَهُ اِهَا اِهَا مَهَاهُ خَيَاهُ
 ١٤٥٥ مَهَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ اِهَا لَاهُ لَاهُ فَدَاهُ اِهَا حَدَّهُ مَهَاهُ مَلَاعِيَاهُ
 مَهَاهُ اِهَا اِهَا لَاهُ لَاهُ فَدَاهُ اِهَا حَدَّهُ مَهَاهُ مَلَاعِيَاهُ
 هَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 ١٤٥٦ مَهَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ

مَهَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ
 لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ لَاهُ

pereant sua opera; quoniam ejus dextra pura est. Quo
audito, illi se ejus nutrictos ostentarunt. Unus apposuit aquam,
alter ventum præbuit, præbuit ventum, tertius coronam
plexuit, omnes & singuli familiariter eo usi sunt, eumque cibe
nutrierunt. Sic & hic Aeon illos collustravit, nec eos abo
llevit, qui sui nutricti fuerant, quamvis iidem ei tristitiam reli
quissent. De tempore in tempus hic Aeon sibi doctrinam ex
ipetebat; sed tristitia non ipsi remissa fuit. Rogavit Adam
septies Vitam summam, ut socium sibi mitteret. Quo facto,
librevi tempore inter eos degit. Celeriter ex eorum manu ex
cessit, damnumque & molimina evadens ascendit, & splendo
rem plurimum stellantemque lucem pulchram vidit. Sic etiam
ascendens vidit Paciferum purum, qui ad eum venit, di
cens: veni, veni, mi socie mansvete; quia nobis in mundo
commoratus es, nec amplius tuo splendori tuoque præcepto
angustia reservata. Præhendens hic deinde dextræ Adamum
ascendit, eumque in habitaculo, loco, quem claritate & specie
illustrem Domini tenent, collocavit. Cui etiam sui inton
ore suo puro benedicentes, belle dixerunt: benedictus tu,
truique Restaurator, qui te restauravit. Hunc Aeonem ibi,
Restaurator adduxi. Celebranda Vita. Finis.

Aeon sum Vitæ summae, Aeon sum Vitæ maximæ, Aeon
sum Vitæ summae. Ex meo loco quis me duxit, quis me duxit
ex meo loco; & inter Septem Stellares quis me collocavit, quis
me collocavit inter Septem Stellares, qui mali mihi irascentes,
qui mihi irascentes mali, & indies adversus me malum consi
gium suscipientes dicunt: eum vindicemus nobis, reservemus,

وَلِمَنْ وَلِمَنْ وَلِمَنْ وَلِمَنْ وَلِمَنْ وَلِمَنْ

vindicemus, reservemus nobis, a natura suæ animæ detineamus, detineamus a natura suæ animæ, nostraque portio vocabitur. Adam sollicitus dixit: extulerunt se illi, vindicaturi sibi me, extulerunt se illi, me sibi vindicaturi, hic me a natura mei patris abscissuri. Cum staret ita secum reputans Adam, veniens ei accessit Restaurator, veniens Restaurator ei accessit, qui Genius huc accedens dixit: fabricam, in qua habitas, quid curas? Si nescis, Adam, hoc futurum esse, scias fore, ut, quomodo tibi persvasisti, nos rei secretæ scientes esse, statim inde ex eas, & ad nos ascendas, ascendas ad nos, etque in sede nostra habites. Quo audito, Adam non curavit perditos, perditos non curavit, qui fabricam peritaram struxerant, sed patiens ille in hac habitavit. Statim ille evagatus pervenit ad locum, locum, quo Mano constitutus fuit, locum, quo constitutus fuit Aeon, ut & Demuto. Exsecrans tum Adam Septem Stellaræ, sed animo lætans, animoque versans, quantum præclari ipsius pater ei dixerat, quantumque præclari ei Domini exposuerant, illis dixit: abite, abite, Septem Stellaræ, portiunculæ domus vestra vobis futura, abite, futura vobis portiunculæ domus vestra, domus vestra vobis in portionem cedet. Ego ad stirpem mei patris ascendo: fabrica mundi vobis relicta. Celebranda Vita. Quæ Vita pura iis, qui illius nomen amant, non defecturi aut decrepiti futuri. Finis.

Sum Aeon Vitæ summæ, sum Aeon Vitæ maximæ, sum Aeon Vitæ summæ. Heic inter generationes fui, heic fui inter generationes. Aebel fuit mei nutritor, Aebel mei nutritor fuit: ille mei Restaurator purus fuit: filius multi splendoris ac

أَنْتَمْلَأُونَكَ فَقَدْ أَنْتَ مُشَفِّعًا لِّي وَأَنْتَ مُهَبِّطًا
أَنْتَ مُهَبِّطًا حَلَّتْكَ حَلَّتْكَ مُهَبِّطًا حَلَّتْكَ مُهَبِّطًا
حَلَّتْكَ مُهَبِّطًا حَلَّتْكَ مُهَبِّطًا حَلَّتْكَ مُهَبِّطًا حَلَّتْكَ مُهَبِّطًا

roboris fuit meus: sustentator, sustentator meus fuit; me confirmavit, me mundo diripuit; atque a manibus eortem, qui Septem Stellarium sunt cultores, liberavit. Quin & onni tempore viam mihi ostendit; atque, via in locum lucis mihi strata, me secum eveliens, nec in domicilio perituro relinquens, me stola splendoris induit, & magnifice ex mundo edxit. Vita pura. Finis.

Aeon sum Vitæ summæ; Aeon sum Vitæ maximæ; Aeon sum Vitæ summæ. Ex meo loco quis me duxit, quis me duxit ex meo loco? Inter Turo (Montes) quis me projecit, quis me projecit inter Ture? In locum mortis quis me jecit, quis me jecit in locum mortis? Ad vita quis me removit, quis me removit a Vita, quæ excellentissima defectu non laborat? Cum vero ita secum Aeon reputaret, veniens ei accessit Restaurator, veniens Restaurator ei accessit, qui coronas, quas ei statuerat, ostendens, thesauros puros, suo loco positos & conditos, ostendens, ipsi dixit: si procul a Vita fuisses, ea has coronas tibi non tribuisset, tibi non tribuisset has coronas; nec tibi hos thesauros constituisset. Hoc tibi, Aeon, attuli, ut patiens in mundo commorareris. Peribunt opera, quæ tuus pater Vita Secunda fecit. Quoties aliquid graviter tibi acciderit, ad te vox nostra veniet, ad te veniet vox nostra, nec quod tibi dicoy immutes. Exinde tres Genii hunc Aeonem sustinuerunt. Qui & Aeon ista doctrina acquievit, acquievit ista doctrina, & illè mitigans composuit suum animum, mitigans suum animum, in mundo, cujus strepitus nunquam cessabit, patienter commoratus est. Quem vero Aeonem deinde illi

شکلیں وہیں تھے اور جو اسیں اچھے سمجھا جائے تو
جس کا جس کا دل میں اسی میں اپنے بھروسے کیا
میں اپنے بھروسے کیا اسی میں اپنے بھروسے کیا
کیا اسی میں اپنے بھروسے کیا اسی میں اپنے بھروسے
کیا اسی میں اپنے بھروسے کیا اسی میں اپنے بھروسے
کیا اسی میں اپنے بھروسے کیا اسی میں اپنے بھروسے

Genii omni suo labore prehenderunt, eumque duabus manibus firmiter tenentes, ex corpore eduxerunt, & suo loco collocarunt, ut & portæ lucis ipsi aperta, vias veritatis ei ostenderunt. Quo facto, ille, sua virtute admodum augescente laudavit Viros, qui ei prædicaverant, laudavit tiaras, quas ei ostenderant. stolasque splendoris, quibus eum induerant, ut & laudavit Restauratorem, cuius virtute in mundo versatus fuerat. Vita memoranda, eaque pura purusque Vir, qui illuc se contulit. Finis.

Aeon sum Vitæ summæ, Aeon sum Vitæ maximæ, Aeon sum Vitæ summæ. Ex meo loco quis me duxit, quis me duxit ex meo loco? Inter Septem Stellares quis me collocavit quis me collocavit inter Septem Stellares? In defectionem quis me misit? Quis me misit in locum eorum, qui omnis opprobrii, & cuiusvis beneficii ac mendacii plenius sunt? Quis obrigit me eorum mysteriis, eorumque catenis me constrainxit? Quis me in cippum eorum ingentem conjectit? Quis eorum murum mihi ostendit? Quis me projiciens, eorum iugulum mihi collegit? Quis mihi eorum telonia ostensurus, me ad eorum custodias transtulit? Quibus visis, commotus fui, animique angustia me invasit, commotus fui, meque invasit animi angustia, & verebar, ne illius, quod Magnates mihi præceperant, obliviscerer. Cum staret ita secum reputans Aeon, veniens ei accessit Restaurator, dicens: veni ad te, hortaturus, ut in operibus tue manus studiose verseris, quamdiu inter ea fueris. Provide, ne te ipse corrumpas. Provide, ne pecces, quo modo illi peccarunt, eorumque exitio annumereris. Sed ubi procul ab iis

وَالْمُفْعَلُ مَعْنَى الْمُؤْمِنِ لِهِ *

steteris, ii non tibi prævalebunt, nec te suo reti capient, nec te in via antevertent; sed statim te liberabo ab eis, ab his custodibus vanis, a muro caliginis, quæ portio perditorum erit. Gratia Vitæ mihi studio est: amore justitiae te extollam, patefaciam tibi Sam occultum, Nomenque Bonum, in quo fuisti, tibi ostendam. Haec tres Puritates, præstantes & nevissimæ, Quiescat cor tuum, quod dolore effectum fuit: & persecutio-nem mundi oblivioni tradas. Aeon tum Restauratori, qui eum sic constituerat, benedixit, dicens: his mihi monstratis, cur cum Perditis communor? Qui Aeon deinde, confecta sua vita, & veniente tempore, in suum locum ascendit, ascendit in suum locum. At Genii mites ei praierunt, Genii praierunt ei, splendore, lucem & sceptra attulerunt, eumque induerunt splendore, quo ipsi se sno loco induunt, cidaque lucis operuerunt, suo loco in hanc celebrationem effusi: sic nos tui misericordia commoti, te honoravimus. Ipse te liberans ascendisti: & ex mundo liberatus cum his ascendisti, & inter hos in sempiternum constitutus fuisti. Memoranda Vita, quæ pura: ut & purus Vir, qui illuc se contulit. Finis.

In nomine Vitæ summae. Doctrina, requies Vitæ, & remissio peccatorum constabit animæ huic Adami Zuhru bar Scharat, animis patrum meorum, Domini-norū nostrorū, fratrum nostrorū, sororumque nostrarū, quæ ex suis corporibus egressæ, in his corporibus non manebunt. Finis.

O! Aeon mansvete, o Aeon accincte & accingens, o Aeon mansvete, tecum venient socii usque ad libram illius, qui opera & premia ponderabit. Finis.

TOM. III.

K k

In nomine Vitæ summæ. Magnifica lux præclara. Extenso firmamento, condensata terrâ, progresso sole, & renidente luna, huc venientes Septem Stellares, & contendentes Duodecim Stellares, finixerunt corpus Adami, ipsi vero animam injicere non potuerunt. Quæ vicissim anima ex domo Vitæ summæ venit, quæ vicissim anima venit ex domo Vitæ summæ, atque cum ea tres Genii venerunt, cum ea venerunt tres Genii. Seorsim vero a suo corpore illi stabant, seorsim illi stabant a suo corpore, qui hanc animam intromitterent in suum corpus, qui eam, non ingressuram corpus, intromitterent, qui intromitterent eam corpus non ingressuram. Illa anima jam flens, ejulans, & moesta dixit: rogo vos, Genii mei fratres, me exspectetis hoc die unam horam, unam horam hoc die me exspectetis, dum afferam meam vocem in locum lucis, meis fratribus dicturus: quid peccavi in vos, quid in vos peccavi, quod me deserentes, & a vobis ejicientes, captivum me a meo domicilio duxistis, meque perplexum a domo mei patris extulistis? Rogabo Nuntium Vitæ, celeriter Tobo. (Bonum) ad me mittat, celeriter mittat ad me Tobo, qui me a muudo solvat, machinam ejus concutiat, corpus suo domino reddat, me autem in locum vitæ evehat, unde olim mea stirps fuit, ita ut mali non me occident, neque peccatores me surdum reddant, ut mali non me occident, neque sciant, unde extiterim, quo me surdum per suos Tenebriones non reddant, atque ut ne, ubi quid mihi dixerint, audiam. Jam in me gentes, nationes & linguae se efferunt, & in mare fellis me effundunt. Jam se in me idololatræ efferunt, atque ego diversis regionibus prodor. Jam colligant mali chrystallos & fistulas, ore verba

convolentes, voce seductionis me imbuunt, ut mei Domini ex animo obliviscar, effundunt me in foveam profundissimam, in quam mali cadunt, & ex qua ego non ascenderim, ne ut serpentes devorant, meque per generationes incantatrices captivum ducunt. Sigillatim Tobo illi animæ dixit: pura vitæ anima. Sigillatim ei dixit: vigil omnium sceptrorum. Sigillatim ei dixit: pura vitæ anima, o anima, snrge, corpus ingredere. Lateas in medio illo templo. Lateat in te leo ferox, leo validus ferox in te lateat, lateat in te serpens, qui malum suo loco occidat, constringatur per te rex caliginis, cuius robori par nullus est. Sigillatim ei dixit: pura Vitæ anima. Sigillatim ei dixit: vigil omnium sceptrorum. Respondit hæc anima: si velis Tobo, ut corpus ingrediens, in hoc templo lateam, da inibi arma celsa, quo meis persecutoribus occurram. Sigillatim respondit: vigil omnium sceptrorum. Sigillatim respondit: pura Vitæ anima, cur arma celsa petis? Quæ tibi, anima, ex thesauro Vitæ armatura eveniet, erit stabilitas, quæ iu verbis justis, ex loco lucis ad te allatis, posita est. Adjecit proprie te, anima, hoc firmamentum extensem fuit, hoc extensem fuit firmamentum, stellæque in eo conformatæ fuerunt. Propter te, anima, arida terra exstitit, exstitit arida terra, atque coagulo in aquam lapsu coiit. Propter te, anima, sol prodidit. Propter te, anima, luna apparuit. Propter te Septem Stellares venerunt, Duodecim Stellares se huc contulerunt, quatuor veni creati fuerunt, aët tibi afflat, sapientiam tuo cordi infundens, ut tuum Dominum in memoriam hoc revocet, atque tu eum celebres. Jam veniet tempus & momentum, veniet momentum & tempus, quod utrumque vices alter-

nans efflueret, ut umbræ & lunæ decrescentes, auroræ & crepuscula mutantur: atque dies, & menses, tempora, horæ, & minuti, hæc declinantia exhibunt, quasi non fuissent. Sic etiam, quæ vocatæ Vites exhilarantes, iis cantilena sua peritura decedet, aurum perdetur, ubi quæsitus fuerit argentum, id non inventetur, heri & domini in suspiriis sui cordis e mundo exhibunt, quæ compararunt, suis filiis relicturi, ipsi autem abituri & igne comburendi, quomodo & sui liberi, afflicti, & dolore vexati, e mundo exhibunt, dum peribit consumendus orbis, atque quicquid profundi fuerit, id caligine diffundendum putrescat. Posthæc in nounine mei Domini, Nuntii Vitæ, suaque virtute, abiens ego corpus intravi, abiens intravi corpus, ut & in ejus templum, quo die hoc corpus ego ipse intraveram, uxorem induxi, & per generationes ego ipse factus sum conjux, conjux factus sum per generationes. Verum mali ex profundis irati mihi, mali irati mihi ex profundis, animæ Vitæ vivendi inter ipsos rationem expetebant. Quos vero cum videarem, eos seorsim a mundo detinui. Atque Nuntius Vitæ, me viso, me sibi commendatum habens, robur mihi tradidit, me commendatum sibi habens, me splendore vestivit, luceque præstanti operuit, atque, justitiâ data mihi corona, apud ipsum lucente, dixit: o! anima, attende ad tua verba, ne publicanis te ea donent. Memoranda Vita, quæ pura: ut & purus vir, qui illuc se contulit. Finis.

Mens mea Vitam amavit, meaque anima locum lucis celebravit. Finis.

Ego viatico instructus & instruens: Genii lucis me viatico instruxerunt. Ego viatico instructus: viatico me Vita instruxit. Ego viatico instruens; Genii lucis me viatico instruxerunt. Quo autem me instruxerunt, viaticum est justitia: ut & omni sapientia me accinxerunt. Cur exstitit Fetahil, & cur mundum hic procreavit? Cur, capto consilio, me ex meo loco duxerunt, & in mundum offensionum me miserunt? Qui totus scrutis obsignantibus, i. e. mente obdurantibus, totus plenus igne, & spina rhamnoque adspersus, totus præstigiis plenus, atque totus fallacia & mendacio plenus. Qui in eo hospitantur, Septem Stellares, malo adversus me consilio indies, capto, dicunt: illius animum distrahamus. Tamen cor meum justitiae plenum. Dicunt: nos illum labefactemus. Tamen mei oculi Iucem suspiciunt. Dicunt: annuendo ei innuamus. Tamen os meum Vitæ benedicit. Dicunt: mendacium dicamus. Tamen meas manus erogant stipem, justitiamque porrigunt. Dicunt: illius cædem committamus. Tamen mea genua se Vitæ summittunt. Dicunt: faciamus, ut Septem Stellarès ille adoret. Tamen mihi curæ, ut vias justitiae & fidei pedes mei calcent. Dicunt: faciamus, ut superbe incedat. Tamen sustuli in altum meos oculos, domumque Vitæ mea anima contemplata est. Vita, mea vox audit, Liberatorem ad me misit. Qui Liberator mihi stolam elegantem attulit, splendorumque mihi aperuit & ostendit. Quo facto, & cum corpùs fœtidum excussissem, porrecta dextrâ me prehendit, & canales aquæ (Cetera desunt).

Clausula citati Codicis Colbertini,

scil. Partis sue Minoris.

Agit de anima hæc inquisitio. Quam ego pauper & humiliis servus cujuscumque delinquentis, mercenarius Nasaræorum, pedes Ordinantium osculans, ego, minimus meorum fratrum dominorumque meorum Præsulum, Baktiar Bulbul f. domini mei Ram Zivo, f. domini mei Jahiæ Behram f. Adami f. Behram f. Zuhrun f. Zakiæ f. Ram Zakiæ, personæ illustris, descripsi pacifico ègregio magistro; pacifico fideli, germini Vitæ Primæ, surculo optimo Nuntii Vitæ Javar, ex suo animo Vitæ Primæ testi, pro amore nostri parentis Nuntii Vitæ monacho electo & patienti, quem inquam librum liturgicum, eumque Adami Zuhrun f. Scharat, illi pacifice et magistro, cui nomen Saadan f. Jahiæ Baktiar f. Adami f. Juhano Baktiar f. Adami f. Jahiæ f. Baktiar f. Zuhrun f. Adami, personæ subtilis judicii, descripsi a sidra 78 Zuhrun Juhano f. Adami f. Juhano Baktiar f. Adami f. Jahiæ f. Baktiar f. Zuhrun f. Adami, personæ subtilis iudicij; quam ipsi descriperat dominus meus Ram Baktiar f. domini mei Behram Scharan f. Jahiæ Majmûn f. Adami f. Jahiæ f. Baktiar f. Zuhrun f. Adami, personæ subtilis judicij, describens ex sidra Jahiæ Bajan f. Sam f. Behram, personæ venerabilis; suamque huic descriptsit dominus meus excelsus & præstans Nasaræismi antistes Jahia Sám f. Zuhrun Aebel f. Anusch Adam f. Zakiæ Bulbul f. Behdar, personæ gravissimæ & splendidæ, describens a sidra viri principis, distincti, & spectabilis Mehatañ Bulbul f. Sam Behram f. domini mei Mehatañ, personæ fortissimæ, qui fuit pater plantationis, dominusque hujus sidræ; quam

vero ipse descripserat Jahia Sam f. Zuhrun Aebel f. Anusch
 Adami, viri gravissimi a sidra domini mei Adami Juhano f.
 Anusch Jahiæ, viri eruditorum illustrissimi; ut suam ei de-
 scripserat dominus noster Sarvan Bulbul f. Adami Bajan, viri
 strenui; quam ille descripserat suo fratri, natu majori, domi-
 no meo Juhano f. Adami Bajan f. Scharan, viri strenui, a si-
 dra, quam sibi descripserat a sidra $\tau\sigma$ Mehatam Zuhrun f.
 Bahran, viri recti; quam vero ei descripserat dominus meus
 Bajan f. Adami, viri honestissimi, a sidra $\tau\sigma$ Schvoljo Berheje
 f. Juhano; ut suam huic descripserat dominus Bajan f. Ada-
 mi, viri honestissimi, a sidra propria, quam descripserat a si-
 dra domini mei Bajan f. Adami, eam describens $\tau\sigma$ Behran f.
 Juhano Zakia f. Sam Maavan, & quidem describens a sidra
 $\tau\sigma$ Aebel f. Behram Schetel, quam hic descripserat a sidra $\tau\sigma$
 Baktiar Abuliz f. Schetlo Gadono; quam vero ipse descripse-
 rat dominus noster Anusch, vir excelsus, f. Anusch Behdar, ex
 sidra $\tau\sigma$ Sam Aebel f. Schetlo; ut ipsi suam descripserat do-
 minus meus Behram Aebel f. Mehatam Aebel Juhano a sidra
 $\tau\sigma$ Aebel Juhano f. Zakia a sidra, quam huic descripserat Ja-
 hia Zakia f. benedicti Javar; cui rursus suam descripsere
 Adam f. Jahiæ Fafia Adami; ut huic suam descripserat Bajan
 Schajar f. Zuhrun ex sidra $\tau\sigma$ Berheje Gadono u Berojo;
 cui vero suam descripserant Schajar & Sam Zivo f. Bajan Aebel
 a sidra Zakaria f. Aebel; Zakaria autem suam descripserat
 Zuhrun f. Adami Zivo, a sidra $\tau\sigma$ Nesab f. Maschkeno f. Ju-
 hano; quam hic Nesab f. Maschkeno f. Juhano descripserat
 a sidra $\tau\sigma$ Bajan Aebel f. Scharan, & Bajan Behram, filiorum
 benedicti Javar; ipsi vero Bajan Aebel ejusque fratri suorum

Fragments

وَهُنَّ أَعْلَمُ بِمَا يَعْمَلُونَ إِنَّمَا مَنْ حَدَّثَنَا
كَذَّابٌ مَّا مَلَأَ كُلُّ نَبِيٍّ مِّنْهُ مِنْهُ
إِلَّا زَفَرْتُمْ بِهِ حَدَّثَنَا مَعْمَدٌ
كَذَّابٌ مَّا مَلَأَ كُلُّ نَبِيٍّ مِّنْهُ مِنْهُ
كَذَّابٌ مَّا مَلَأَ كُلُّ نَبِيٍّ مِّنْهُ مِنْهُ

descripserat Aksjam f. Zandono ex fragmento της Mirjaç filia, της Simat; ut huic Mirjaç suam descripserat Sam f. Zakia ex fragmento proprio, eoque descripto à sidra της Ruzbo filio. Havæ, & deposito in thesauro της Sam f. Zakia Ruzbo; quod ipsi descripserat Ram f. Bahran ex fragmento benedicti Mando Schetel f. Saktio; suum vero benedictus Mando descripserat ex fragmento της Anusch Schahur f. Scheglaj, quod fuit descriptum a fragmento της Nesab f. Maschkeno Berheje, ut hoc descriptum a fragmento της Tabatio f. Zazaj, eoque volumine vetusto, ad Juzatik f. Saspj pertinente, atque descripto a fragmento της Abo Schlomo, filia της Kedro. Affuit vero Spiritus Vitæ perinde confidentibus doctrinae nostræ eximiae, quem mihi Baktiar Bulbul f. Scharat Simat, meo patri illustri Zihan f. Havæ, meæ matri Scharat Simat f. Anhar, meæque uxori Anhar f. Scherat. Vita non interitura: ut nec splendor, fulgor, cessaturus aut terminandus. Finit.

Partis Minoris.

Beata valde tu, anima, quæ exististi mundo, ea sorde, quæ pertinet ad ejus clima, ad corpus foetidum, in quo fuisti, ad hospitium, in quo malii versantur, ad locum peccatorum, ad mundum caliginis, ad mundum abominabilis invidiæ ac discordiæ, ad domicilium, in quo Septem Stellares degunt, & in quo dolores una cum labibus accidunt, nullus vero obvius est, qui depellat dolores, dolores depellat, quos illi proterve in te agentes, tibi indies attulerunt. Surge, surge, anima, in

وَالشَّرُورُ تُبْصِرُهُ قَبْلَ أَنْ يَأْتِيَهُ فَمُؤْمِنًا كَذَّابًا لَمَّا
 هُوَ حَسِيبٌ إِلَيْكُمْ إِنَّمَا مَا يَنْهَا حَسِيبُكُمْ أَوْلَى
 بِهَا بِسَمْعٍ إِذَا سَمِعَتُمْ لَمَّا تَأْتِيَهُ حَسِيبُكُمْ كَذَّابًا
 أَوْلَى أَنْ يُرَأَيَهُ كَذَّابًا إِبْرَاهِيمَ هُوَ مَدْهُوكٌ كَذَّابًا
 أَوْلَى بِحَمَدَةٍ مَدْهُوكٍ إِذَا سَمِعَتُمْ كَذَّابًا مَفْتَحَكُمْ
 أَوْلَى بِمَهْمَلَةٍ كَذَّابًا مَفْتَحَكُمْ كَذَّابًا نَعْلَمُكُمْ سِنَمَة
 أَوْلَى بِأَنْتُمْ كَذَّابًا نَاهِيًّا كَذَّابًا

هَلَا كُنْتُ أَعْلَمُكُمْ مُكْتَفِيَ الْأَنْفَاسِ كَمْ أَنْتُمْ يَنْبُتُ أَنْفَاسُ
 أَنْفَاسِ حَمَدَةٍ مَمْتَقِيَ الْأَنْفَاسِ يَنْبُتُ حَمَدَةٌ مَعْنَاطِيَ حَمَدَةٌ
 فَمَوْلَاهُ حَمَدَهُ مَهْمَلَةٌ أَمْهَمَهُ نَعْلَمُكُمْ كَذَّابًا كَذَّابًا مَفْتَحَكُمْ
 كَذَّابًا أَمْهَمَهُ فَمَهْمَلَاتُهُ كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا مَفْتَحَكُمْ
 أَمْهَمَهُ كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا أَفْعَلَكُمْ كَذَّابًا أَوْلَى بِفَتَحَكُمْ
 فَمَهْمَلَاتُكُمْ كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا فَمَهْمَلَاتُكُمْ كَذَّابًا
 كَذَّابًا يَنْبُتُ يَنْبُتُ كَذَّابًا كَذَّابًا فَمَهْمَلَاتُكُمْ كَذَّابًا مَهْمَلَاتُكُمْ
 كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا مَهْمَلَاتُكُمْ كَذَّابًا مَهْمَلَاتُكُمْ
 كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا مَهْمَلَاتُكُمْ كَذَّابًا مَهْمَلَاتُكُمْ
 ١٤١ كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا كَذَّابًا

regionem tuam priscam ascende, ascende in regionem tuam priscam, in sedem tuam felicem, ubi Genii, stola tibi veste splendoris seposita, hilarem tibi coronam statuerunt. Sede in tuo splendoris throno, quem ibi Vita paravit, in loco lucis, ubi suas sedes Genii tui fratres tement. Cui inquam asvevisti, locum tuorum familiarium fastidi & exsecrare. Quot enim annos in hoc enutritus fuisti, totidem tibi Septem Stellares tumultum fecerunt, Septem Stellares fecerunt tibi tumultum, ut etiam te Duodecim Stellares persecuti sunt. Memeranda Vita, quæ pura: & purus vir, qui illuc se contulit.

Portam meam invisi, præterii. Meusque splendor armario animarum ertus fuit, mens splendor ortus fuit armario animarum. Que etiam meo odore exsultarunt, exsultarunt meo odore: ipso item tartaro per meum splendorem collustrato. Quarum vero uni dixi: discede, anima, quæ flens ejulansque inter vinclos projecta jaces. Sicut & huic animæ roganti, ut portam ipsi aperirem, dato responso dixi: quomodo te ex mille educam, quomodo te ex myriade educam? ea vero ulterius obsecravit: aperi modo portam mihi, signum Vitæ apprehendentí, aperi modo portam mihi, id quod meum eroganti, signumque Vitæ apprehendentí, mihi inquam, solventi pretium compedium, mittenti panem pauperibus, cibumque afflitis, ad levandam eorum mesciem distributum. Cui iterum respondi: hoc pretium compedium. Discede, anima, e loco caliginis in locum lucis. Vita pura.

تَعْلَمُ الْجِيلَادَيْنَ حَتَّىٰ مَكْفَتَ حَدَّادَةِ مَكْفَتَ
 حَدَّادَةِ مَغْيَرِ حَدَّادَةِ مَذَّلَّا حَدَّادَةِ فَيْحَىٰ أَنَّ لِلْقَاعِدِ
 لِلْأَعْصَمِ أَنَّهُ لِلْأَعْصَمِ لِلْأَعْصَمِ فِي مَدَّهَا تَنْبَيِّهِ عَمَّنْ كَثُرَ
 فَعَطَهُ عَمَّنْ كَثُرَ حَصَّهُ مَنَا حَصَّهُ عَمَّنْ كَثُرَ هَذَا حَصَّهُ مَنَا
 حَصَّهُ أَعْصَرُ لَهُ مَنَا حَلَّدَهَا حَصَّهُ قَدْرُهُ أَنَّهُ قَدْرُهُ
 وَهُوَ قَدْرُهُ وَهُوَ مَكْهُونَ قَدْرُهُ حَلَّدَهَا مَدَّهُهُ حَلَّدَهُ
 اسْتَأْنَدَهُ حَلَّدَهُ قَدْرُهُ مَدَّهُهُ حَلَّدَهُهُ بَلْهُهُ غَيْرُهُ
 كَثُرَهُ مَدَّهُهُ بَلْهُهُ حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ مَدَّهُهُ حَصَّهُهُ
 كَثُرَهُ مَدَّهُهُ بَلْهُهُ حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ مَدَّهُهُ حَصَّهُهُ
 مَهْنَكَهُ حَدَّادَهُ حَبَ حَدَّادَهُ حَلَّدَهُ مَهْنَكَهُ مَهْنَكَهُ
 حَصَّهُهُ أَكْدَنَكَهُ تَعْلَمُهُ تَعْصَمُهُ تَسْلَلُ لِلْأَغْفِيَةِ تَعْصَمُهُ
 فَسَبِّهُ مَهْنَكَهُ حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ فَسَبِّهُهُ أَدْبَرُهُ حَصَّهُهُ فَسَبِّهُهُ
 كَثُرَهُ حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ أَدْبَرُهُ مَهْنَكَهُ حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ
 حَصَّهُهُ أَدْبَرُهُ تَعْنَيْهُ حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ أَدْبَرُهُ تَعْنَيْهُ
 حَصَّهُهُ وَهُوَ حَدَّادُهُ أَنَّهُ حَدَّادُهُ وَهُوَ حَصَّهُهُ حَدَّادُهُ
 حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ شَكُورُهُ حَصَّهُهُ حَصَّهُهُ

Genius: eleva te, anima, tellure comprehensa, & decumbens in mundo, comprehensa mundo, decumbens in mundo, comprehensa mundo, decumbens, excitare. Anima: agam, surgam, Genie, surgam, agam. Genius: somno te excito, surge, surge, anima, surge. domum Vitæ suspice, surge, suspice domum Vitæ, sustolle faciem tuam in locum splendoris. Despice vicissimi mundum, cuius omnis res sua nullius momenti, nullius momenti res sua est, atque cui nihil mitidi inest. Vide latrocinium lupinum eorum, qui terrarum spatia non terminis definiunt. Vide furorem rebellium, ipsi insurgentium. Vide incendium ignis, adversus te ascendentis, & usque ad firmamentum cœli pervenientis. Vide percussores illos stupendos, quorum spiritus est spiritus in alium quemcumque aestuans. Vide montem editum, quem deprimere alias nequit. Vide murum, murum ferri, qui instar coronæ ambit mundum; instar coronæ mundum ambit, nec unquam rimas aget. Excitare, anima, ut me audiens ab his verbis non desciscas. Per mare magnum trajectus tibi propositus. Sed & ibidem terminus latrocino lupino statutus. Quem vero, & quidem me duce, trajiciens tu, custodias tibi insurgentium transibis, ut &, me duce, incendium ignis, ad te ascendentis & firmamentum cœli contingentis, evades, incendium hoc ignis ascendentis, me duce, evades, stupendosque percussores, me item duce, evades. Quin etiam Spiritus per montem, in quo versantur Septem Stellares, futurum tuum trajectum, cui quicquid obsteterit particulatim solvetur, ægre feret. Te vero per omnem tuam virtutem eveham, &, erecta tua staturâ, ego te

صَدَقَهُ الْمُؤْمِنُ حَمَدَهُ لَسْكَهُ أَعْصَمَهُ قَنْدَلَهُ

mea omni virtute extollens, in locum lucis te mecum extollam. Vita pura.

Os meum, quod es purum, es trunci factum est. Oculi mei, qui e loco lucis collustrati, oculi trunci evaserunt. Cor meum, quod Vitam querit, in truncum incidit. Animus meus, in quo Vita versatur, obductus operimento huc fusus fuit. Pedes mei, plantae electae, tranco ad incessum constituti: quem vero incessum, tranco destinatum, mibi Septem Stellaris non permittunt. Quomodo obediam? Quomodo feram? Quomodo animum tranquillum reddam? Quamdiu a Septem & Duodecim Stellaribus obscuras artes audiam? Quando illucescam? Cur obediam sermoni inani patris Nebu, qui inter obscuratos habitat? Quae cum ego, in lucis locum ascensurus Aeon, dicerem, Praeco Vitae, audita mea voce, Liberatorem ad me misit. Abiitque hic Liberator, purorum purissimus, qui mihi Aeoni visus, mihi apparuit, abiit hic Liberator purus, qui mihi Aeoni visus, mihi apparuit, ut ego etiam Aeoni apparui. Sciscitarab tum, an in splendore occulto ascendarem. Mihique Aeoni, filio Magnatum, Liberator, qui cum suo splendore surgens advenerat, apparuit, & clamando vocem suam proferens, cor meum fulcivit, clamando vocem suam proferens, fulcivit meum eorū atque dixit: illucescens exsplendesc, Aeon, ad te veni, te non deserturus. Ascendente enim tua voce ad locum lucis, selectum me ad te miserunt. Surge, exi, Aeon, ex tranco, in quem missus fuisti, ex tranco, in quo adoleviasti: cui manus pedesque desunt. Surge, exi in tuum locum pristinum, hospitium felix Geniorum, ibique inter Genios tuos

جـب بـعـدـهـ لـتـ هـنـاـ اـنـمـ مـدـهـ حـلـمـاـ الـيـ

fratres commorare, abominare etiam, cui asvevisti, & quod inter tuos familiares hospitium tuum fuit, atque mundum falacem, in quo fuisti, execrare, quem tuus splendor perinde latebit, quam tu in tua luce secreta constitueris. Splendor, te antecedens, ut & lux, te sequens, tuus thronus penetur. Fore autem, ut lux illa, te antecedens ac sequens, loco tui throni stabilitur, item mali audient. Vita Pura.

Discedet profecta anima, mensura sui absoluta: instabit meum tempus, absolute hac mensura, absoluta hac mensura, tempus meum instabit. Oculi mei madore referti, oculi mei referti madore. Cor fletu impletum est, cor impletum est fletu. Solutor juramentum non accipiet, non accipiet iugementum Solutoris nec corpus animae advescat. Quam vero animam post obitum Solutor coram judice constituet. Cui autem judici ipsam de suis peccatis delictisque sciscitantem haec respondit: quid hoc sibi velit? Malum, judex, facinus non patravi, nec adulterium commisi, nec ad voluntatem improberum me conformavi, nec pasculum cædis & sanguinis humani contraxi, ut meum caput in terra viles habeatur, nec ræs manus furtorum commiserunt, nec præstigiis usus sum, nec in corpore animum prestrinxi, nec servum coidam heros in manum, nec coidam heræ ancillam in manum tradidi, nec falsum testimonium dixi, nec terminum aliquem consumsi i. e. destruxi, aut terminalent lapidem suo loco dimovi, nec oculis meis nutum annui, nec meo ore mendacium exiit, nec harioli me sectati sunt, nec Chaldaei fallaces me Chaldaeum efficerant, nec duebus dominis procnbui; sed inepti stipem,

وَكُلُّهُمْ مُنْذَرٌ إِنَّمَا يَنْهَا مَنْ يُعْصِي اللَّهَ وَإِنَّمَا
يَنْهَا مَنْ يُعْصِي اللَّهَ فَمَنْ يُعْصِي اللَّهَ أُولَئِكَ هُمُ الظَّالِمُونَ

oppressaque opem tuli. Ubi, Liberator, esurientem offendì, hunc esurientem saturavi, ut & viduam satiavi, atque, ubi nudum offendì, ejus collo stolam imposui, neque minus, ubi captivum offendì, eum derelictum liberavi, liberavi dicam, ubi offendì captivum, ipsumque in suam urbem vindicatum copioso viatico instruxi.

Liberabor: absoluta mea mensurâ. Liberabor: numero meo confecto. Liberabor: mensurâ mea absoluta. Ubi missa in corpus anima fuerat, hic truncus os accepit, & camera mea stellionem *) obtinuit. Quo autem facto, meum corpus Septem Stellarum ambierunt, iisque sedentes dixerunt: exi, anima, corpore. Quo enim ubi exieris, anima, te in conspectum Publicanorum introducemos. Exi. Fascinatores histruantes ira, deinceps surrexerunt. Tamen mihi, confecto meo numero, currenti stadium saluti id fuit, quod meæ manus fecerant. Scilicet loco calceamenti, quod pedum, extiterat, quot familiares mihi conjunxeram. Prudenter, Domine, incessi. Jam Fascinatores illi corpus meum ambierunt, illi Fascinatores ambierunt facto orbe meum corpus. Obumbrati exinde mei oculi in meo capite. Quibus autem oculis sublatis, Restauratorem meum vidi. Qui etiam Restaurator, animâ mea advocata, me secum constituit. Neque enim me deseruit, sed me Septem Stellaribus erexit, atque supra Publicanos elatum enectumque inter Paciferos collocavit. Memoranda Vita, quæ Vita pura: ut & purus Vir, qui illuc abiit.

*) animal, quod in novis domibus cernitur.

Vox missa fuit ex alto, e regno superiori, vox autem flebilis, ita sonans: me, qui nudus in mundum veni, premens aliquis inde eduxit, eduxit premens aliquis inde, & ut passerem inde sublimem sustulit. Scilicet lamentabilem hanc & flebilem vocem sublimis abiens anima e suo loco misit: quid, corpus, in hoc mundo fecisti? Quod vestem splendoris lucisque indui; tu vero, corpus, mecum in domum Vitæ non ascendisti. Quod lumbos zona splendoris lucisque præcinxii; tu vero necum in domum Vitæ non ascendisti. Quod corona splendoris lucisque meo capiti imposita fuit; tu vero mecum in domum Vitæ non ascendisti. Quod non defuerunt, qui utihi nuces splendoris lucisque in meas manus legerent; tu vero mecum in domum Vitæ non ascendisti. Quod calceos splendoris in meis pedibus concinnavi; tu vero mecum in domum Vitæ non ascendisti. Sic anima corpus, ipsam non comitatum, alloquebatur. Quæ vero deinde hanc vocem Præconis Vitæ pronuntiatam audivit: veni, veni, anima collustrata, quæ machinam obscuram collustrasti, veni, veni, anima leta, quæ corpori fastido jucunda fuisti. Veni, veni, filia purgata, tu, quæ in domicilio malorum versaris. O! fraudulentam te vocarunt, qui mali Spiritus in orbem eunt, definientes ferventem sedem cuique animæ, quam de tellure extulerint. Corpus posthac idem Præco Vitæ sic allocutus est: nonne, corpus, ex pulvere lutis effictum fuisti, ex pulvere effictum fuisti lutis? Septem Stellares, qui te persecuti sunt, in reis steterunt; Septem Stellares, qui te persecuti sunt, steterunt in reis in hoc mundo. Memoranda Vita, Vita quæ purata ut & purus Vir, qui illuc abiit.

مَنْدَى إِذَا سَمِّنَتْ إِذَا دَهْنَيْتَهُ مَنْدَى يَوْمَ الْحِسْنَى يَعْلَمُ
مَنْدَى لَحْمَانَ يَأْكُلُكَ نَعْلَمُ مَنْدَى لَحْمَانَ يَعْلَمُ مَنْدَى

Infanti mihi mea mensura absoluta : mihi infanti extitit
 moeror : mihi infanti mensura absoluta. Ubi vero ab hoc mun-
 do excesserim, confectum fuisse numerum meum, Fascinato-
 res insurgentes indignabuntur. Quam autem stultæ genera-
 tiones? Quam simplices creaturæ? Quam stultæ generationes?
 Quæ ob me in mundo in luctu manebunt, ob me manebunt in
 luctu. Mihi tamen est splendor ex luce, eaque infinita. Quo
 autem splendore egresso, Perditi ad Vitam Secundam que-
 stum se contulerunt. Quæ etiam Vita Secunda de suo thro-
 no surgens, Vitam Summam Primam his quidem verbis lau-
 davit: celebreris, Vita summa, quod hanc creaturam mihi mi-
 sisti. Sed ejus plantæ, summisso capite, suoque loco ejulantes
 & lacrimantes, ita mihi dixerunt: in tuum, vir, locum a
 nobis discedis. Quando videbimus, quando videbimus tuum
 adventum, mundo occultum? Quibus hic respondit: utinam
 Domini hoc mihi dedissent, ut apud vos in hoc mundo adole-
 scerem! Rogate Dominos illos, Paciferos, occultos, qui splen-
 dori Vitis eximio præsunt. Quæ plantæ vero iterum mo-
 nentes, ut hic infans, quod bonum ei Domini præcepturi
 essent, confirmaret & impleret, simul interrogarunt: tuas, Vir,
 plantas cui viro, eas sustenturo, commendasti? quamquam
 rua virtus eis supererit, tuusque spiritus eis intererit. Peti-
 tioni isti concessit. Vita pura.

Aeon sum Vitæ summæ. In mari habitavi. Cur vero
 alas mihi finixerunt, cur finixerunt mihi alas? Ob hos, ut alia
 his volatilibus locum lucis peterem,

لَهُمَا مِنْ أَنْوَارٍ فَيُبَطِّلُنَّ عَنْهُمْ كُلَّ شَيْءٍ
كُلَّ شَيْءٍ يَا مُهَمَّدًا إِنَّكَ نَصِيفًا لِّلَّهِ حَمْدًا لَّهُمَا وَإِنَّمَا
هَذَا بِعِنْدِكُمْ فَإِنَّهُمْ بِهِ فَقِيرُونَ إِنَّمَا دُرْجَاتُهُمْ
تَعْصِيمًا مِّنْ أَنْوَارِنِيَّةٍ مُّلْكِنَّا كَوْنَهُمْ وَإِلَّا هُنْ
حَاكُمُونَ لِلْأَنْوَارِ مَعِيَ اُمَّتِهِ

Cui rei similes sunt boni, corporibus suis egressi? Similes sunt reptantibus stellionibus, levissime in hunc mundum proserpentibus. Cui rei similes sunt filii malorum, corporibus suis egressi? Similes sunt vespis, quae, suo ex alveari egressae, siveque melle penitus consumo, volant, & in monte revolutionis (i. e. morituræ) consident. Memoranda Vita: quæ pura.

Splendor hic, anima, est illius, qui sciens, docens, instructus, instruens, justus & verax, in nube sedet. Sustinet ille splendor Angelos Génios, voce justitiæ præeentes, & mites. Transiit anima mea armarium telluris, atque festinans sedem certaminis reliquit. Contendens vero hæc anima & incendens, ad domum redēptionis perrexit, atque iter fecit, donec ad prætorium illius pervenit. Prætor tuum, proposita quæstio-
ne, interrogavit: cuius virtute, anima, exiisti? & cui nomen dedisti? Respondit: virtute Vitæ exii, atque Præconi Vitæ nomen dedi. Prætor: cui rei hujus mundi te, anima, comparans comparem? Comparem te soli diurno, comparem te luna nocturnæ, comparem te tempestati hiemali, ruinam mundo minitanti, comparem te aquæ, per afflatum venti hiemalis fluctuanti. At vero anima hæc splendidior sole diurno, candi-
dior luna nocturna, validior tempestate hiemali, ruinam mundo minitante, & jucundior aqua, per afflatum tempestatis hie-
malis fluctuante. Cui & Prætor, summisso capite, ulterius dixit: sursum, anima, contendere, i. animi, ascende, abi, per-
veni. Vita pura.

اَمْ نَفِقَ كُلُّهُمْ بِهِ ثَيْرًا وَصَنَا اَسْبِهِ ؛ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا
وَهُنَّا مُكْثُرُهُمْ مُهْنَدًا وَأَنْدَبُهُمْ اَعْدُونَ لَكُلُّهُمْ مُهْنَدًا
وَهُنَّا حِلْهُمْ مُهْنَدًا مُهْنَدًا وَهُنَّا مُكْثُرُهُمْ مُهْنَدًا وَأَنْدَبُهُمْ
اَسْبِهِمْ لَكُلُّهُمْ مُهْنَدًا مُهْنَدًا وَهُنَّا اَسْبِهِمْ مُهْنَدًا اَسْبِهِمْ
مُهْنَدًا تَيْمَدُهُمْ حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا مُهْنَدًا *

مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ
مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ
مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ
مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ *

اَنْ ١٤ مُهْنَدُهُمْ بَعْدُمَا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا اَنْ ١٤ مُهْنَدُهُمْ
جِبْرِيلُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ مُكْثُرُهُمْ مُهْنَدًا اَنْ ١٤ مُهْنَدُهُمْ
مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا حِلْهُمْ مُهْنَدًا مُكْثُرُهُمْ بَعْدُمَا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا
اَنْ ١٤ مُهْنَدًا حِلْهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا اَنْ ١٤ مُهْنَدُهُمْ بَعْدُمَا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا
مُهْنَدُهُمْ فَتَنَاهُ مُهْنَدًا مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ
مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ
مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ
مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ
مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ
اَنْ ١٤ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ
مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا فَتَنَاهُ مُهْنَدًا *

سِنْ مُفْرِزٍ

Vinclum mare: vindicta duo maris littora: vindicti hic Dæmones, Diaboli, Tympanistæ, Cantatrices, Deastræ, Oscines; vindicti 390 Dæmones in carcere, Diaboli, Tympanistæ, Cantatrices, Deastræ, Oscines: vindicti 590 Dæmones, in carcere ii vindicti. Quo autem animæ afflabantur splendore, ille, ut qui Aeonum est, acutus.

Quam exardescit litigiosus, quam exardescit litigiosus. Cor iracundi quam ira cedit? Quam exardescens, quam incensus, qui litem suscipit, qui suscipit litem? In luce Vitæ hic non incedit.

Epistola obsignata e mundo exiit. Quæ vero epistola scripta de justitia, sigilloque Dominorum obsignata erat. Come posuerant hanc pacifici, expediti viri, ac fideles, colleque animæ appenderant. Quam & animam cum illa epistola ad portam Vitæ miserunt. Videlicet, Angeli mortuis præfeci, Domini fideles, hi inquam præfeci ac Domini, animamque quasi pennis in sublimè ducturi, hanc epistolam secreto meditatum, & in aures legendam, nec nisi de justitia compositam, sigilloque Dominorum obsignatam, exaraverant: sicut etiam, quibus animæ ista appensa, hanc animam Domini illi justi, pacifici, expediti ac fideles viri ad portam Vitæ miserunt. Quo autem ubi per ventum fuit, anima haec ab illius portæ custodibus, splendore sapienter sparso, operata lumine ascendit, atque, corusca coronâ capiti suo imposta, exiens mundo haec anima, volans ac pergens ad canales aquæ vivæ pertigit. Cujus vero aquæ canales ubi attigerat, Sarak Zivo dominus, dextrâ porrecta, eam excepit, per canales hujus aquæ trajecit, & in sede, quam Vita tenet, collocavit.

فَلَمْ يَرِدْ فَخَفِيَ أَوْتَتْ صَلَا مَعْكَ مَذْكُورَ
 مَذْكُورَانِ أَنْجَنَاهَا فَرَدْهَةَ مَفْعُومَ نَسْفَ سَدَّادَةَ اِبْرَاهِيمَ لَكِنْهَيْهَ
 حَمْدَانَ لَحَيَا مَفْعِدَهُ نَسْفَ اِرْبَدَانَ اِيجَنَاهَا إِنَّا مَسْعُودَهَا نَسْفَهَا
 حَمْدَهَهُ صَفَاعَهُ حَمْدَهَهُ اِنْجَدَهَهُ اِنْجَدَهَهُ نَسْفَهَا دَلِيلَهُ حَمْدَهَهُ
 تَعْيِيدَهُ نَسْفَهَا حَمْدَهَهُ بَيْنَا مَدْحَدَهُهُ حَمْدَهَهُ مَدْحَدَهُهُ حَمْدَهَهُ بَيْنَا
 مَدْحَدَهُهُ مَدْهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُ مَدْحَدَهُهُ مَدْحَدَهُهُ مَدْحَدَهُهُ اِنْجَدَهَهُهُ
 اِنْجَدَهَهُهُ مَدْحَدَهُهُ مَدْحَدَهُهُ مَدْحَدَهُهُ مَدْحَدَهُهُ مَدْحَدَهُهُ اِنْجَدَهَهُهُ
 حَمْدَهَهُهُ نَسْفَهَهُهُ اِنْجَدَهَهُهُ شَفَاعَهُهُهُ اِلَخَهَهُهُ مَفْعُومَهُهُهُ
 بَيْنَا بَيْنَا لَلْسَعْدَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ شَفَاعَهُهُهُهُ نَسْفَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ
 اِنْجَدَهَهُهُهُ نَسْفَهَهُهُهُ حَمْدَهَهُهُهُ دَلِيلَهُهُهُهُ مَدْحَدَهُهُهُهُ بَيْنَا بَيْنَا
 مَدْحَدَهُهُهُهُ (*) بَيْنَا بَيْنَا نَسْفَهَهُهُهُ حَمْدَهَهُهُهُ مَدْحَدَهُهُهُ بَيْنَا بَيْنَا مَسْعُوكَهُهُهُهُ
 مَسْعُوكَهُهُهُهُ مَسْعُوكَهُهُهُهُ مَسْعُوكَهُهُهُهُ مَسْعُوكَهُهُهُهُ مَسْعُوكَهُهُهُهُ

نَسْفَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ
 اِنْجَدَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ اِنْجَدَهَهُهُهُ

(*) Legg. محمد ۲.

Meo corpore exeo: meum tempus metam contigit: mea mensura absoluta: depositio mei corporis appropinquavit: qui corpus hoc abolebit, ille prodiit: mutationem sui truncus accipiet: os casu fatali desolabitur: truncus vero corporis splendorem assumet, & in modum equorum exultantium a malis exhibet. Qui me accincturi ad manum stetere Angeli, tum mihi dixerunt: anima tua exitura est. Surge, coram judice nos te tuaque opera & facta introducemus. Surge, coram Judice te introducemus. Surge, ex mundo abi: Rex tuus Maximus venit: sedi, quam peto, sol suus amplissimus & infinitus non occidit: loco, in quem transibo, euns sol non occidit, nec radii suæ lucis obscurantur. Propositæ ibi coronæ lætæ: omnesque, qui ibi eodem splendore vestiti, unaque luce collustrati versantur, ii consistentes, mutuoque confabulantes, prout ipsi bene loquentes, une ore consentiant. Vita pura.

Surge, anima mundo exi. Rex tuus Maximus venit.

Discede, anima, ex mundo: mensura tua absoluta. Respondit Dominis, ita præcipientibus: mittite mihi meas plantas, ut eis valedicam. Quas vero mihi missas plantas Dominis commendavi, ipsasque Dominis commendans dixi: a vobis, plantæ meæ, discedo. Quid vos, meæ plantæ, in umbra vitum sedentes, facietis? Quibus vero meis vitibus meus splendor ortus. Atque vites hæ vicissim suo loco perscrutantes dixerunt: a nobis, vir, discedis. Referas vero, quod nobis præcipiendum habes de rebus secretis, de Aeone Restauratore, jam exituro. Quod tui Domini tibi præceperunt, nobis referas. Respondit: ubi ego a mundo exierim, vobis de rebus

الفنون علا ملکا لیا سفرا ملا فدا نیما جب نصف ص
صفحة امتحانه می خدمت لجه داشلا موضع خنده پنهان
پنهان بدل جب نصف صفحه می خدمت دلکشلا اینجا نیلا می
خدمتم مذکور گذاشت ایلا دلکش ایلا گذاشت دلکش خدمت علا
خدمت علا چیز خدمت مذکور سمعانی شریعت مذکور چندی
رامها دلکش ایضاً اینکه دلکش مذکور مطلعه، علا این
وکلته دلکش نیز دستله موضع حداکثره هلا نیز خدمت
وکل یعنی اینکه سیاست دلکش دلکش تعظیم نسبتی
خدمت شرعاً این مکمل مذکور علا اینها اینها ملکه مذکور

وَمِنْهُمْ مَنْ يَرْجُوا
أَنَّ كَلْمَةَ رَبِّيْتَ
كَيْفَيْتَ لَيْسَ لَيْسَ
لَيْسَ لَيْسَ لَيْسَ لَيْسَ لَيْسَ لَيْسَ لَيْسَ

secretis, de Aeone Restauratore dicam. Indo vero cum ille exiret, tumultus a Septem Stellaribus ipsi exstitit. Adversus fabricam mundi, cuius conditor Fetahil, tumultuantes Septem Stellares insurrexerunt. Atque, ubi ex fabrica Genii Fetahil exierant, planetu ob me sumto, mei liberi panem sepulcralem comedenterunt, ob me comedenterunt panem sepulcralem, mea causâ jacentes ad sepulcrum, ad sepulcrum jacentes, meaque causâ uestes suas dilacerantes, atque, lacrimis super me profusis, profusis super me lacrimis, suos crines evellentes. Quisquis vero mea gratia uestem suam disciderit, vitium in ejus stola existet: quisquis lacrimas mea causa profuderit, lupi ei obviam fient: & quisquis mei ergo crines evulserit, ille in montem tenebrosum ablegabitur. Mensura mea absoluta: tempus instat: meusque sine fidejussore abitus futurus, Memoranda Vita.

Quamdiu, corpore induito, conspicuus ful, hujus mei indumenti observantia mihi non defuit: jam illo exatus Vita confido.

In altis ego consistens: mei oculi orbem terrestrem contemplatur. Et heic loel adminicula mihi haec mea anima. Cujus autem causâ lugentes filii, pulvereque trinibus congesto, congesto hoc pulvere, in antemurali terram effodiunt, in antemurali effodiunt terram, lacrimis palverem adspergunt, lacrimis adspergunt pulverem, atque manu constringunt fornacem sepulcralem, manu fornacem hunc constringunt: surgente opifice, dicensque: epus hoc polivi. Ego itaque,

qui, facto ascensu, levæ intervallo remotus sedebam, abjectam
 roseæ tunicæ pulchritudinem utcumque demirans, dixi: vœ
 tibi, pulchra venustas corporea, cui lacrimæ fusæ loco coronæ
 cesserunt. Vœ tibi, tunica rosea, quam nunc disciderunt. Pas-
 seres vero, in æere versantes, animamque observantes, fortasse
 comitatui ei venerunt, fortasse venerunt ei comitatui. Quo
 ego (i. e. mea anima) cum comitatu, sed non visus, non
 auditus, discessi. Malos vicissim abeentes caligo antecedet, ca-
 ligo sequetur, & Dæmones, Dæmonissæ eorum liberatrices, co-
 mitabuntur. Ut etiam ex intervallo levæ & dimidiæ levæ
 vox sui fletus haud minus perveniet, quam ex intervallo lévæ
 & dimidiæ levæ odor sui factoris peringet. Quorum vero
 malorum animas pura Vitæ anima interrogabit: quid feci-
 stis? Respondebunt: caput nostrum se in terra extulit. Oculi
 nostri in mundo hoc nutum annueront, ut & in hoc mundo no-
 stra auris ad portas verba aucupata est. Pari modo in hoc
 mundo nostra manus cædem commisit, æque ac in mundo
 hoc distractum cor nostrum fuit. Neque non adulterium cor-
 pus nostrum in hoc mundo patravit, ut etiam in hoc mundo
 genua nostra Septem Stellaribus se inflexerunt. Quibus pura
 Vitæ anima regeret: vestris operibus, mali, si pulchra essent,
 par viaticum responderet. Discedite, mali: vobiscum ego so-
 cius ne vadam. Versantes in sublimi animæ fortasse comi-
 tatui mihi venient, fortasse venient mihi comitatui: quarum
 societatem iniens proficiscar. Societatem sibi bonorum hæc
 mea anima junxit: quos splendor antecedit, quos lux sequi-
 tur, quos Genii Vitæ comitantur, quorum liberatores sunt Re-
 ges splendoris, quorum odor avavis ex intervallo levæ & levæ

^{*)} Excidisse videtur

dimidia afflatur. Quibusque hæc pura vitæ anima dixit: si vobis, boni mei fratres, placuerit, me in vestram societatem adsciscatis. Familiaritas bonis, societas fidelibus congrua. Respondebunt: quæ, anima, tua opera, ut te in nostram societatem adsciscamus? Regeret: pro sua facultate meus pater pecuniam, mea mater stipem erogavit, mei fratres concionibus studuere, meæque sorores quod honestum propagarunt. Respondebunt: pro sua facultate tuus pater pecuniam, ut & tua mater stipem suæ animæ erogavit, fratres tui conciones, ipsis prosperas, prosperitatemque recti testatam facientes, habuerunt, tuæque sorores honestatem, cuius ergo bona vota pro ipsarum auxilio suscepta sunt, propagarunt. Quid tu fecisti? ut te in nostram societatem adsciscamus. Dicit: aliquem vestrum, fratres, viri justi & fideles, compellans ego, meum fratrem eum vocavi. Quæ vero mea erga meos fratres voluntas, quæ mea erga meas sorores voluntas fuit, eadem & vestra, mei fratres, erga me voluntas esse debet. Qui sortem pauperum ipsis dignam censem, qui censem sortem pauperum ipsis dignam, sed quam mercedem & stipem debent, non solvunt, non solvunt, quam debent, mercedem & stipem, vinculis ii caliginis tenebuntur. Ego autem Vitam amavi, Præconemque Vitæ in animo collocavi. Egresso die Sabbato, ingressoque die solis, ego, multa stipe meis volis sumta, ad portam Synagogæ abiui, stipeque hac oblata, stipis beneficio afflictarum mulierum observans fui. Sic etiam, ubi reperii, orphanum saturavi, sinumque viduæ implevi, ubi reperii nudum, illius collo vestem imposui, atque ubi reperii captivum, eum liberavi, in suum oppidum misi, suoque viatico instruxi. Attulere jam manus

اكْتَسَعَتْ وَأَبْرَقَتْ كُلُّ مُجْمِعٍ سَيَا اتْهَكَ لَهَا حَنَاءُ جَمِيعاً
 حَدَّدَتْ لَهَا أَفْلَكَتْ تَحْمِيلَهَا حَوْلَهَا إِذَا هِيَ أَنْتَ حَنَاءُ
 جَنْدِلَهَا اتْهَكَهَا فَعَدَّهَا مَحْرَنَهَا صَنْوَاهَا فَغَرَّاهَا كَلْيَهَا حَدَّدَهَا
 مُصْبَحَاهَا اتْهَكَهَا حَلَّهَا هَضْبَهَا حَلَّهَا سَيَا بَلْهَهَا مَهْبَسَهَا سَيَا
 مَهْبَسَهَا بَلْهَهَا مَهْبَسَهَا نَعْصَهَا تَحْمِيلَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ مَهْبَسَهَا
 اتْهَكَهَا

حَنَاءُ مَهْبَسَهَا مَهْبَسَهَا كَلْيَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ اتْهَكَهَا حَنَاءُ
 كَلْيَهَا بَلْهَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ اتْهَكَهَا اتْهَكَهَا نَعْصَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ
 فَهَهَ حَنَاءُ حَنَاءُ 100 حَنَاءُ حَنَاءُ 100 حَنَاءُ حَنَاءُ 100 حَنَاءُ
 100 حَنَاءُ حَنَاءُ بَلْهَهَا 100 حَنَاءُ مَهْبَسَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ
 كَلْيَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ اتْهَكَهَا اتْهَكَهَا حَنَاءُ اتْهَكَهَا اتْهَكَهَا
 حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ اتْهَكَهَا اتْهَكَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ
 نَعْصَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ
 حَنَاءُ حَنَاءُ مَهْبَسَهَا مَهْبَسَهَا نَعْصَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ
 بَلْهَهَا مَهْبَسَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ
 تَعْصَهَا تَعْصَهَا 100 حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ
 حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ اتْهَكَهَا اتْهَكَهَا حَنَاءُ حَنَاءُ
 100 حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ
 حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ
 حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ حَنَاءُ

splendorem quo me vestirem, attulere lucem, qua me operirent, atque, illigata mihi magna splendoris corona, cidari læta multiplici, zonâque sempiterni splendoris mihi circumdata, per maria mihi transitum præbuerunt, torrentibus suos terminos definerunt, porrecta dextrâ canales aquæ derivarunt; atque, ut ipsi Vitæ, Vitæ suæ, innitentes, invenerunt Vitam, Vitam suam invenerunt, sic & ego animam Genii Behram bar Simat inveni. Vita pura.

Fili stantes, tecti splendore, Filii lucis, Genii^{Fili} splendore tecti, ii stantes, proposita animæ quæstione, dixerunt: dic, anima, quis ille conditor, qui te condidit? Quis ille vir, qui te plantavit? Respondit: unus ille vir, qui me condidit, unus ille vir, qui mei plantator fuit, unus ille ex Filiis pacis. Sumta rei optimæ parte, me splendidam creaturam finxit, me in altum extulit, me Adamum, structuram manu non factam, perfecit consummatissime, me Adamum, structuram manu non factam, consummatissime discrevit, me sublatum in truncum corporeum conjecit, me sublatum conjectit in truncum corporeum, dispersis distributisque nervis. Anima vero, præsidens trunco corporeo, ipsius præceptrix præsidens & observatrix, donec spatium sum mensuræ complefum foret, hoc jam completo, ista Vitæ anima sic secum loquebatur: orbe quis me sæpsit? A quo die in Adamum cecideram, magna mysteria vidi. Contendi ad aquam, aquam hujus mundi vi-vam, contendi ad solem, qui sol hujus mundi lux est, contendi ad lunam, que nec minus mensor temporis mundani est. Me animam, animam Vitæ, in orbem quis misit, quis misit in

اَنْتُمْ مَنْ تَصْنَعُونَ

órbem? Terra inter Dæmones quis me conclusit? Quis te, anima, mundo superiorem, in carcerem misit? Quis tibi, anima, quæ sempiterna es, vincula injecit? Quis te tunica obscura & scotatrice vestivit? Sed Preco Vitæ, qui in mundum se contulit, me a terra eduxit. Extrahens me ille a mea lorica liberans me a catena terrestri, ex lorica hac me eripiens, a re hac semper defatigante me semovit, mihiq[ue] sustulit tunicam variae speciei, quam huc illuc agitata, vario modo, non minus incendendo a fronte me pressit, quam currendo a tergo me præcurrentem petens comprehendere voluit, sed vincire non potuit, siquidem mihi opem Vita, mihi opem Ferho tulerunt. Jam splendorem fulgentem, ex loco amplissimo elucentem, vidi, Patremque meum adspexi. Vita pura.

Bonus ego filius Dominorum, sed versans in indumento formæ, corpore æ, ignis peredentis indumento, quod obscurabitur, nec lucet. Sic & ego versans inter Septem Stellares, anima indies contra me conflantes quomodo in indumento tenebroso & hypostasi valde vitiosa ego versans. Quod vero indumentum peritorum ægre & moleste fero, quod inquam indumentum plane aboliendum ægre & moleste fero. Ego filius Dominorum: quis me oblexit? At Septem Stellares, ipsi non lucentes, secum consultaudo ita dixerunt: initio adversus eum decreto. eum deseramus. Verum Vir Neviſſimus me petens, me ab eis emisit, atque me ab igne peredente liberaſum ambiā Magnatum induit. Impedit hic, quo minus hinc Uro ad sedem formosam pervenire possit. Celebranda Vita.

Ab eo, quod imbecillum, in feretrum ascendi, ab eo, quod defatigatum, in sepulcretum abiit. Quae autem tua sunt opera, anima, ea venient, tibique testimonium dicent. Dicent quoque testimonium animæ coram Judice germina, incole Jordani, duæque sue ripæ: quemadmodum & animæ baptismus, quo baptizata fuit, atque publicata & prolata pietatis manifestatio testimonium dicent. Testimonium hæc omnia animæ dicent. Quæ & deinde, porrecta manu dextra, animam hanc prehendent, dicendo: ascende. Inhabitabis inter Paciferos locum, ubi nec sol occidit, nec radii lucis caligant. Vita pura.

Vox magna ex alto, loco supremo, vox magna ex sublimi missa, dixit: vindicti solventur. Dixit hæc: solventur vindicti, oppressique & tristes respirabunt. Contendens posthæc ego ad eorum armarium perveni, eorumque armarium assecutus, vindictorum præfecto in meum conspectum progresso dixi: dic mihi, vindictorum præfecte, quis horum omnium vindictorum cibus, quis potus sit? Respondit: horum vindictorum cibus acerbæ fibræ radicum, horum vindictorum potus liquor fetens & venenum est. Cui vindictorum omnium præfecto deinceps regessi: tolle obices clavesque portæ armarii, portæ hac armarii aperita, vindictos solve, ut vindicti, qui oppressi & tristes, respirent. Neque non ille præfectus sciscitatus, quot ex millibus mihi educeret, quot ex decem millibus mihi educeret, portam aperuit. Sustulit primum id, quod signaculum adulterorum & furum. Portam inferni, quo benefici & beneficiorum tenebantur, tum pandit. Pandit deinde portam orci, quo cinædi nutumque

فَلَمَّا حَسِنَ الْأَيْمَانُ مَحَاجِلَهُ لَمَّا حَسِنَ الْأَيْمَانُ فَلَمَّا حَسِنَ

أيام نعمت بفترة أيام خدمتنا معنا أيام مرت علينا
خدمتنا أيام يغدوها صباحاً نهاراً ملأت علينا سعادتها أيامها
أيام مرت علينا لانسجام ملائكتها سمعنا صوتها خدمة أيام
خدمينا بسلام لاض اغضنا ملائكتها حملنا أيام زلوك حبقيت
نعرف فترات من خدمتنا قریب مايلات أيام خدمتنا كثرة
خدمتنا ملائكة أنت فدحشنا بعمرنا كلها فليلة فعلاً فدحشنا
فترات نعمت نعمت معننا فدحشنا فدحشنا كلها إننا حسناكم
وبيت نعمت فدحشنا فدحشنا فدحشنا كلها إننا فدحشنا

annuentes tenebantur. Prout portam averni, quo violatores finium mutatis suis lapidibus tenebantur, pandit. Aperta autem sic quavis portâ acherontis, ad illius armarium ego accedens, ibi nullum justum inveni. Ideoque vindictorum omnium præfecto dixi: circumscrive limitibus malos ob eorum facta; animisque attende. Me autem coram sedente, Dominumque illum ita alloquente, mali isti venerunt. Qui vindicti, in universum constricti, & flentes, qui inquam vindicti, vincula sua delamentantes, dixerunt: pax tibi, vir optime, & in quod optimum electe. Filios Diabolorum Ture, electe, ne condemnes. Respondi: vos Dominus non damnat; sed vosmet ipsi vos, qui in mundo fraudulenter egistis, condemnatis. Vincula vobis ego non peto, nec jugo vos subjicio. Fore vero, ut vobis magna stipis apponatur, vobis ne persuadeatis. Vita pura.

Quod ad iter electorum ex erbe terrarum attinet, venient hi ope nostræ vitiis benedicti, visurique locum lucis ascendent.

Quæ anima hæc est? Hæc structura, hæc fabrica, hoc edificium, hæc ædes est justorum, fidelium, veracium & proborum. Anima hæc accincta, accingens, & impavida, strepitu, motu, & tumultu non agitatur, nec aparitores aut Angelos eversores timet. Corona ætherea mihi, illi animæ, in capite imposita. Quæ vero anima, mundo exiens & evolans, ubi contendens ad prætorium animarum pervenerit, Prætor, eæ visa, ipsam, propositis quæstionibus, sic alloquetur: quæ tu, anima, huc progressa, & cuius nomine tu appellata? Respondebit: virtute Vitæ exii, nomineque Nuntii Vitæ appellata

Tom. III.

Q q

وَمِنْكُمْ مُّفْسِدُونَ إِلَّا أُنْهَاكُمْ بِكُلِّ حَيْثُ مَا
أَنْهَاكُمْ وَمَنْ هُوَ أَنْهَىٰ بِنَفْسِهِ فَمَنْ هُوَ
جَاهَهُ إِلَّا أَنْهَىٰ بِنَفْسِهِ وَمَنْ هُوَ مُعَذَّبٌ
إِلَّا أَنْهَىٰ بِنَفْسِهِ وَمَنْ هُوَ مُمْكِنٌ
إِلَّا أَنْهَىٰ بِنَفْسِهِ وَمَنْ هُوَ مُمْكِنٌ

sum. Ille: cui rei te, anima, in mundo hoc comparem? Comparem te soli diurno, comparem te lunæ nocturnæ, comparem te tempestati hiemali, ubi desolatio mundum premit, comparem te aquæ profluenti, ubi tempestas hiemalis spirat. Verum tu, anima, splendidior es sole diurno, candidior luna nocturna, tempestateque hiemali validior. Adiuc tu tibi constans. Cujus vero semijam observasti? Anima: ego mea cujusvis via observans fui, & ab ea, quæ mundi incolarum est, discedens. Ille: futura est forma tua, quales fuerunt hominis viæ, quas observas. Indue jam vestem splendoris ac lucis, tibi alas conforma, transi creaturas, veni, permea firmamentum, donec tibi Libra appareat. Anima: cursum stellarum rectifica, & facta præmiaque pondera. Ponderando autem, quam enīham requie dignam estimaveris, hanc ipsi tribuas. Portio hec illi rata, subsidio per Vitam futuram. Quam vero animam librando perfectam non inveneris, cave, ne eam luc admittias. Nos in mundo hoc captivi. Peccata, delicta nobis remittas. Vita pura.

Quis Aeon sedis Dominorum, quis Aeon sedis Magnatpm, quis Aeon sedis Domiuorum, quis inquam ex sede Dominorum ad me accessit, quis in tellurem me misit, quis me misit in tellurem, & quidem in truncum, qui manus pedesque non habet? Sedens ego, quod mihi constituere, hospitium observo. Sedens vero hoc observabo, donec mea mensura confecta, confecta mea mensura fuerit. Mittite tamen, qui mei Solutio me adeat, meque hinc solutum in lucis locum ducat. Neque non me solverunt: & qualia vincula acceperam, me amplius non stringent. Vita pura.

Jaceo ego, cinctus stola, cui non labes inest, stola, cui non inest labes, & cui nihil deest & deficit. Vitaque transiens eo loci, quo jaceo, porrecta dextræ, me comprehendit. Me in caliginem ea detruserat. Quæ vero caligo luce impleta est, dieque lucis orto, caligo se abdidit. Vita pma.

Transcriptio, pro mediocritate hujus quantulacumque facultatis, Latineque verso, cui Liber Adami nomen *), Codice Nasaræo, superest, ut ratio facti reddatur. Operis varii casus fuerunt. Qui autem suo cujusque loco restituendæ gutturalis literæ, ii præcipue incipites. Quarum itaque una pro altera aliquando posita. E. g. II. 196. 10. & alibi, נָאֵל pro נָאֵל. II. 16. 9. II. 92. 20. נְאֵל pro נָאֵל. I. 14. 12. I. 48. 20. I. 518. 13. I. 528. 1. II. 88. 16. נְאֵל pro נָאֵל, ut I. 62. 5 I. 92. 5. I. 104. 13. transcriptum fuit: ambiguo tamen, quenam lectio præferenda sit, significante נְאֵל Nasaræe item obscuratus fuit; ut II. 264. 9. נְאֵל מִתְּבָרֶכֶת נְאֵל נְאֵל sur species vestra obscurata, obtenebrata-est; quomodo & H. חַבּוֹרָה livor, Ch. חַבּוֹרָה lividus, obscurus fuit, valet. I. 194. 19. נְעִינָה pro נְעִינָה. III. 172. 16. נְעִינָה pro נְעִינָה. II. 184. 5. 11. נְעִינָה colorans (nescio, memoriam quo casu) pro נְעִינָה orient, ut II. 164. 8. 9. 10; etsi sensus. eudem redit. II. 200. 11. נְעִינָה pro נְעִינָה. III. 84. 6. נְעִינָה pro נְעִינָה (ex נְעִינָה, alternante נְעִינָה pro 1). II. 154. 3. נְעִינָה pro נְעִינָה. II. 226. 10. נְעִינָה pro נְעִינָה.

* Praeter hunc Adami tres Nasaraeorum libri titulis saltim cogniti sunt. Unus Divan, Syntagma tractatum, magni voluminis; qui oracula de Angelorum lapsu, creatione hominis, humanoque generis sive gestis sive gerendis robus continet. Alter Sidra Iahia, Liturgia Johannis, mediocris magnitudinis; qui historias potissimum sacras complectitur. Tertius Cholaste, Complementum, parvae molis; qui caerimonias Sabaiticas legi comprehendit. (Kaempf. Amoenit. Exot. p. 441). Quorum et exempla, ut memoria est, in Bibl. Paris. et Oxon. reposita. Dubitat tamen merito cel. Tychsen, Prof. Goetting., qui de his ex fide cel. Silvestri de Saçy accurate scripsit, unum primum, Divan appellatum, in iis repertiaruntur. Quorum vero potestas si concessa mihi fuerit, in illis etiam transferendis periculum mei facere, in voto est.

Quod etiam propriis in Nominibus factum. E. g. I. 96. 12.
 ١٢٠ pro ١٢٠. I. 260. 11. ٤٦٣ pro ٤٦٣. I. 186. 11. ٢٩٦
 pro ٢٩٦. II. 46. 5. & alibi, ٧٣٧ pro ٧٣٧. II. 50. 20. ٣٩٨
 pro ٣٩٨. I. 2. 7. I. 236. 5. ٣٥٣ pro ٣٥٣, ut aliis in locis;
 origine quamvis incerta. II. 118. 16. ١٢٣٣ ٣٥٣ pro
 ٣٥٣ ٣٥٣. II. 6. 2. ٣٥٣ pro ٣٥٣. II. 50. 12. ٣٥٣
 pro ٣٥٣.

Quamquam, veris repertis, neque iis semper locus fuit.
 E. g. III. 30. 9. ٢٩١ pro ٢٩١ (ex נָהָר). I. 226. 2. ٢٩٦
 pro ٢٩٦. II. 254. 18. II. 280. 12. ٣٥٦ (pro ٣٥٦) *Puri*
 (*Custodes Jordani*), sic reddendo pro *Montes*, probeque distin-
 guendo a ٣٥٦ I. 158. 7. *Montani* (*feri Apostatae*). II. 202. 1.
 ٣٥٦ pro ٣٥٦. II. 7٣. 11. ٣٥٦ pro ٣٥٦. Plurimisque lo-
 cis ٣٥٦ pro ٣٥٦.

Quas vero, ubi in turbido omne consilium fuit, præterire,
 quam pro incertis aequo incertas ponere, prudentius visum est.
 E. g. III. 98. 18. ٤٤٦ redditum ex Syr. ٤٤٦, non Ch.
 ٣٧٦ e. ٢٧٦, etsi sensu non obstante. Atque in Nominibus
 propriis, e. g. ٣٦ & ٣٧٦; quorum etymologia incerta est.

Licuit tamen, ubi notio eadem, una aequo ac altera uti,
 E. g. ٣٦ pro ٣٦ II. 288. 6., & ٣٦ pro ٣٦ I. 216. 19.

Restituere autem literas, quæ elisæ fuerunt, Gutturales,
 id non satis. Vocales etiam, quæ carum sustinuere vicem, ad-
 dere, e re fuit. Quod tamen non ubique, sed præsertim, ubi
 formido ambigui non deluit, factum est. Neque, ut supra mon-
 nui, quæ magna harum anomalia est, ea ad sui analogiam (in
 nostri autem Codicis Lexico mox publicando, hæc venia nobis
 subinde dabitus) revocanda fuit. Tanta nec Euxtorianæ in emen-
 datione Chaldaicæ dissimilis, diligentia vitio mihi versa fuisset.
 Quomodo ne ٤٤٦ *a/hæst*, sive *simplæctæ*, sive *composite*, mederi
 licuit. E. g. ٣٦ pro ٣٦, ٤٤٦ pro ٤٤٦, ٣٦ pro ٣٦, ٣٦
 pro ٣٦, ٣٦ pro ٣٦ medéri licuit. Cujus vicissim loco
 haud raro in Fui. (servata literæ præform.) ٤٤٦, ٣٦,
 ٣٦ aut ٣٦, ٣٦, ٣٦ pro ٣٦, ٣٦, ٣٦, ٣٦, ٣٦
 saepissime vero in Præt. sync. ٤٤٦ pro ٤٤٦, ٣٦ pro ٣٦ &c.
 occurrit.

Ipsam demum translationem quod spectat, etiam nonnulla, quæ transferentem me fugerunt aut secesserunt, mihi retraictanti animadversa corrigeret fas erit. Praef. N. 1. lin. 7. **כְּפָנָיו כְּפָנָיו** vertendum in metra oris circenflua pro in urbe præcibus circumflua Redditum est passim **בְּמִזְבֵּחַ וְבְּמִזְבֵּחַ** s. **בְּמִזְבֵּחַ** (coll. Ch. חֲנִילָמָוֹת) consecrati. Quod autem (coll. Ch. שְׁלֹמָאָה) reddatur **כָּדָעֲנֹתֶרֶת** — **בְּפִסְכֵּת**. Sehnsusque erit I. 2. 10. **בְּמִזְבֵּחַ וְבְּמִזְבֵּחַ** honestur eorum nouae inter Pariferos i.e. in uomen Paciferorum hi abscentur pro eorumque memoriam conserubit. I. 12. 17. **בְּמִזְבֵּחַ וְבְּמִזְבֵּחַ** extollit Paciferos pro in alto proposuit præmia. Atque sic in aliis locis. I. 36. 18. **בְּמִזְבֵּחַ וְבְּמִזְבֵּחַ** versa: is talis vindex, quatis qui amphibia maria turgida exhauiro cupierit. Quæ vero (coll. I. 72. 19. 20., & quidem **בְּמִזְבֵּחַ** lecto) vertantur: constitutetur simili **אֲפֻלָּה**, qua quis maria plena exhauire cupierit. Reddendaque certum I. 48. 22. ut I. 58. 8. **בְּמִזְבֵּחַ** pilei s. tiara pro **תִּלְגִּילָה** (ludibrio hæc ipsis notio apud Syros fuit). I. 100. 18. **בְּמִזְבֵּחַ** contractor pro mutios. I. 178. 5. **בְּמִזְבֵּחַ** graviter tulit pro elatus fuit. I. 178. 18. **בְּמִזְבֵּחַ** (coll. Ch. נְשָׁמָה) laetus pro (coll. H. נְשָׁמָה) extendit. I. 220. 5. **בְּמִזְבֵּחַ** tue ulna aptata aere volutui. I. 222. 4. **בְּמִזְבֵּחַ** (coll. cogn. נְזָבָה, & Ar. نَذِبَة) coram me incivvi pro (coll. Ch. נְזָבָה) mihi attendentes. I. 286. 5. **בְּמִזְבֵּחַ** litigaverint pro habitaverint, quod nescio quo modo irrepererit. II. 16. 15. **בְּמִזְבֵּחַ** **בְּמִזְבֵּחַ** Concio, quæ inscribitur: mea mensura in mundo mihi absoluta pro Concio τε Kilaj in mundo τε S-hehnoj. II. 38. 18. **בְּמִזְבֵּחַ** (coll. H. תְּמִשְׁׁבֵּחַ, & II. 510. 2. III. 86. 19.) propagines pro (coll. Syr. מִזְבֵּחַ) fecunditatemp. H. 46. 6. **בְּמִזְבֵּחַ** (coll. Ch. נְזָבָה) discriminando i.e. maximi momenti (questio) pro (coll. Ch. נְזָבָה) tumida (verbo). II. 50. 15. **בְּמִזְבֵּחַ** insistentes pro pertingentes. II. 16. 22. **בְּמִזְבֵּחַ** **בְּמִזְבֵּחַ** **בְּמִזְבֵּחַ** **בְּמִזְבֵּחַ** **בְּמִזְבֵּחַ** **בְּמִזְבֵּחַ** statura mea, quæ in rectum proteusa fuerat, contracta est pro mea statura, primu[m] humi prostrata, deinde erecta fuit. II. 182. 5 — 9. contemplor Kanuno (Auroram), Dominum splendoris, stabilitum firmatumque [ope Angelorum], & quidem Duodecim

*Angelorum, per montem caliginis desuper a Tatufo (sorsitan Tizane, ejus patre) ipsum ducentium, tollendique introducentium ad portam Jasono in ei (coll. יְשָׁנָה 2 Chr. 13. 19, urbs Paleopolis Iudeor, & Σόλον; Iesu Praef. N. 1. lin. 7 urbs Archeopolis) Metropolin mundi, sedem conditori cali terraque constituta; sicut & II. 485. 11. desuper a Tatufo, Domino splendore, pro male translatis utrobiisque, quibus sua δύτιοντα lacum fecere. II. 196. 13. קָרְבָּן procaces pro oppressores. II. 224. 9. conformatio in speciem Vitæ pro-nata a Demutho. II. 286. 16. leges per Ferho (Numen Supremum) pro-per germen. II. 286. 14. 288. 7. 14. 17. 290. 6. Demuto (nomen proprie. Genii, qui Custos Adami, animaque sue, sue etatis spatio confecto, Solutori & Liberato constitutus fuit) pro Forma. II. 290. 8. transcri-
Bendum 120³ Sadalem pro 120³ Nitorem. Veritas III. 7. 26. prudentia pro stultitia. III. 9. 2. Abel Zivo Genii haec omnis erga te prudentia est pro Abel Zivo, stultitiae tuae hoc omne est. III. 25. 25. in terram pro in mare. III. 42. 5. marcescent, pro macrescent. III. 44. 13. 14. 15. 16. סְלִמְדָּחַן quid ei aviserit pro quid ei dicendum sit. III. 88. 13. حَمْرَانَةَ لِلَّهِ (coll. H. תְּמִשֵּׁחַ magistras, optimas, Ar. حَمْرَانَةَ many habit famulis & assecelas, & حَمْرَانَةَ III. 92. 11.) in clementiam se commendaturi pro inauguraruti. III. 82. 15. حَمْرَانَةَ (coll. הַמְּבָרָק): auctoratus pro (coll. בְּרָק) creaturus H. 2. 10. II. 14. 17. III. 140. 15. לְמַעֲמָד versum fuit, nescio, quo iudicij aut memorie vitio, illic per tintinnabulum, istic per baculum, hic per arietem, quod vero tribus illis locis (coll. חַמְכָּתָה) vertendum per arietem, sono tintinnabuli greges ducentem. Sic & reddatur בְּרָק III. 146. 5. ut III. 152. 14. haruspices pro executores; atque III. 121. 14. mercenarius pro camentariis.*

Quibus vero similibusque erratis accidunt typographica,
neque sola, quæ tomi hujus tertii.

p. 6. 4. **لَعْلَى** pro **لَكَلَّا**. 55. 5. *exsortem* pro *non exsor-*
tem. 60. 15. **لَعْلَى** corrupte in *ipso* Codice pro **لَعْلَى**.

83. 27. post *terre* intermissum *equis*. 23. 24. *complotuere* pro *complantere*. 169. 1. *pote* pro *petet*. 174. 2. *لَعْنَدَكُمْ* pro *لَعْنَدَكُمْ*. 186. 10. *لَهُمَا* pro *لَهُمَا*. 193. 28. *vir* pro *vir*. 204. 3. *صَفَرِيلُو* pro *صَفَرِيلُو*. 224. 11. *جَنَاحَةَ* pro *جَنَاحَةَ*. 229. 16. *spleodor* pro *splendor*. 242. 20. *نَعَّا* pro *نَعَّا*. 246. 3. *عَصَمَةَ* pro *عَصَمَةَ*. 246. 12. *بَلْعَادَةَ* pro *بَلْعَادَةَ*. 272. 6. *لَهُمْ* pro *لَهُمْ*. III. 508. 8. *لَهُ* pro *لَهُ*.

Sed etiam, quæ observata ulterius tomis,
tam primi: p. 74. 8. *لَهُمْ* pro *لَهُمْ*. 94. 6. *صَدَقَةَ* pro *صَدَقَةَ*. 158. 16. *أَنَّكُمْ* pro *أَنَّكُمْ*. 181. 8. *corro-
boratum* pro *corroboratus*. 194. 17. *لَهُمْ* pro *لَهُمْ*. 215.
17. *muedo* pro *mundo*. 259. 24. *Gag* pro *Gaf*. 263. 21.
269. 5. 12. *S:helun* pro *Schedum*. 271. 21. *Gat* pro
Gaf.
quam secundi: p. 21. 24. *exundavit* pro *inundavit*. 184. 20.
عَصَمَةَ pro *عَصَمَةَ*. 244. 15. *لَهُمْ* pro *لَهُمْ*.
257. 1. *sabbata* pro *sublata*. 287. 11. *mundo* pro *in mundos*
138. 17. *لَهُمْ* pro *لَهُمْ*.

Quibus tamen propter metatem vergentem ignoscetur.
Animadversioni autem censoriæ sive rei sive dictionis pa-
rum vel nihil tributum est. Etenim, si, ubicumque tali opus,
etiam locus ipsi datus fuisset, editio hæc operis in tantumdem
molis crevisset. Quocirca ambigue scripta ambiguus animi in-
terpretans, meum modo judicium, judicii mei judicem
quemvis alium fakturus, protuli.

VAT
15115 14